C. VALERII FLACCI ARGONAVTICON

LIB. VIII.

A LVDOVICO CARRIONE EX VETVSTISS. EXEMPL. emendati.

CVM NOTIS EIVSDEM CARRIONIS, And. Schotti, & Laur. Balbi Liliensis. Nunc primùm editis.



COLONIÆ ALLOBROGVM.
APVD ESAIAM LE PREVX.
M. DCXVII.

DE VALERIO FLACCO EX PET. CRINITO DE HONESTA DISCIPLINA.

C. VALERIVS FLACCVS SETINVS, inter Heroicos poëtas, admirandus iudicio multorum. Patauinus fuit, iuxta Aponum natus, vt à veteribus traditum est, qui scribũt eius patriam fuisse maximè insignem natalibus T. Liuii, Stellæ, & Val. Flacci. Itaque hunc ipsum Val. Martialis *laris Antenorei alumnum* appellauit. Alii *Setinum* crediderunt, ex Setia Campaniæ vrbe, quæ aut procul à Velitris fuit: vnde in magno pretio habita sunt *Setina vina*, vt ab antiquis scriptoribus relatum est. Et mirum videri debet, quanto spiritu *Flaccus* insurgat, quantáque ingenii felicitate in scribendo carmine præstet. Hic est ille Valerius Flaccus, *in cuius obitu multum fuisse amissum queritur* Fabius Quintilianus, in lib. ad Marcellum Victorium. Extant ipsius octo volumina *de Argonauticis*, quod opus dicatum est Cæsari Domitiano,

vel,vt alii volunt,patri Vespasiano,quoniam sic ad eum scribit ipsa præfatione operis:

Eripe me populis,& habenti nubila t rræ
Sancte pater : veterúmque faue veneranda canenti
Facta virûm:versam proles sua pandit Idumen.
Namque potes , Solymo nigrantem puluere fratrem
Spargentémque faces , & in omni turre furentem.

Scripturus erat multo plures, nisi mors intempestiua eum nobis eripuisset. Videtur autem in illis quæ supersunt, *Apollonium Rhodium* non tantùm argumento operis expressisse,sed etiam singulis quandoque carminibus. Atacinus quoque Varro, pari titulo composuit libros *de Argonautis*. Idem Flaccus inter amicos habuit *Secundum,Maternum, Stellam,& Val.Martialem*: qui ad eum scribit,eruditionémque illius magnopere extollit.Constat hunc mediocri censu ac penè tenui fuisse, & prædium possedisse exiguum, in quo (vt Martialis refert) *Musarum curas reponeret.* Itaque Martialis idem liberè illum monet, vt relictis Musis atque otio, malit in foro, & causis agendis versari,quoniam Poetarum studia parui admodum censerentur.

EX

EX LILIO GIRALDO DIALOGO IIII. HISTORIAE POETAR.

DIALOGO IIII. historiæ Poetar.

P*Atauinum* fuisse è Martialis colligunt versibus. *Setinum* alii è Setia Campaniæ vrbe, Nonnulli Romanum faciunt, & quidem ex nobili & peruetusta familia: Sed omnes coniectura potius, quàm certa ductos puta auctoritate. Sunt & qui Decemuirum Sibyllinum putent fuisse, his eius ducti versibus:

Phœbe mone, si Cumaæ mihi conscia vatis
Stat casta cortina domo—

Argonauticon eius opus exstat Vespasiano patri inscriptum, vt facilè ex eius operis principio colligitur. Opus, inquam, quantum per iuuenem præstari potuit, cultum, eruditũ & varium, sed in quo plus est viriũ quàm virtutis, vt in eo animos & audaciam quandam iuuenilem facile offendas. Ex Apollonio tralatum in primis, sed imperfectum relictum. *Certè non parum amissum esse ex* VALERII FLACCI immatura morte M. Fabius scribit.

EX PRÆFAT. LVD. CARRIONIS AD IACOBVM Pamelium.

DOCTORVM iudicium de hoc nostro VALERIO FLACCO ita est honori-

ficum, vt non defuerint acerrimo iudicio homines, qui hunc etiam Græcis illis Apollonio, & Orpheo, ingenii felicitate, & heroico spiritu putarint præponédum: verè an secus, nihil disputo: sed hoc certè ipso huius nostri præstantia appatet, quod cum tá egregiis artificibus mereatur vel comparari. Atque hoc quidem eo admirandum est magis, quod hæc omnia ea ætate felicissimè præstitit, qua alii tantam rem vix animo potuissent, atque cogitatione complecti: quem nisi iam destinatũ summæ gloriæ mors immatura sustulisset, quantum tandem Latinę linguæ maturo iudicio & doctrina erat allaturus, qui tantum attulerit in impetu illo iuuenilis & vixdum confirmatæ ætatis? Quem nisi librorum, quos reliquit, elegantia, & Quintiliani iudicium ab iniquorum calumniis vindicent, nos frustra vindicate conemur.

IVLIVS CAESAR SCALIGER
in Hypercritico, pag. 323.

ÆTATE III. CAP. VI.

VALERI FLACCI felix ingenium, magnum iudicium, diligentia non vulgaris immatura morte præuentus acerbum item poëma nobis reliquit. Est duriusculus, penitus verò nudus Gratiarum Sonus carminis, præsertim initio operis, multus & ipse artifex non vulgaris. Septem dictionibus ex-

pleuit

pleuit verſum primum ſonorum ſanè, ſed quod non ſatisfaciat Scalig.

Prima Deûm magnis canimus freta peruia nautis. Statius Papinius quattuor tam longas in Achilleide poſuit, vt pronunciantis exhauriant anhelitum; & octo ſint accentus: *Magnanimum AEacidem, formidatámque Tonanti.*

ARGONAVTICA SCRIPSERE GRÆCI POETÆ.

Orpheus, non Thracius ſed Crotoniata: qui exſtat.

Epimenides Gnoſius, verſib. ſex millib. & quingentis, teſte Diogene Laertio.

Piſander, teſte Zoſimo lib. V. Troica etiam ſcripſit.

Cleon, Curicus poëta, à quo, vt Græci obſeruant Scholiaſtæ, Apollonius omnia fere tranſtulit.

Herodorus.

Apollonius Rhodius, qui libris IIII. Argonautica ſcripſit.

Dionyſius Mileſius.

Anonymus, à Mich. Neandro editus.

LATINI.

Varro Atacinus.

Valerius Flaccus, qui exſtat libris VIII. ſed ἀτελής.

Catulli quædam in Epithalamio.

Tragici quidam vtriuſque linguæ etiam de Vellere aureo.

ARGVMENTA LIBRORVM VIII. ARGONAVTIC. VALERII FLACCI.

LIB. I.

AESON, Iasonis pater, (vnde Æsonides hîc appellatur) viribus senio deficientibus, regnum Thessaliæ Peliæ fratri, dum Iason filius Chironi in disciplinam traditus adolesceret, concesserat. Hic heredem fraudare, regnúmque studens occupare, nauigium in Colchicam expeditionem adornat, ad vellus aureum, specioso inuento, inde petendum, clari illius arietis, qui Phryxum, eiúsque sororem Hellen ponto fugientes vexerat: sed hæc metu perculsa tergo decidens mersa ponto, Hellesponto nomen dedit. Igitur parato iam nauigio præstantissimi Græciæ iuuenes ad quinquaginta concurrunt: & iter cum Iasone ingressi fœda mox Deorum voluntate iactantur tempestate, periculo tandem Neptuni ope eripiuntur. Pelias interim dominandi inflammatus cupiditate, ne quid amplius immineret periculi, Æsonem, eiúsque coniugem ad aras satellitum manu obtruncat.

LIB.

IAſon felici tandem curſu Lemnum tenuit, inſulam Vulcano ſacram. Hic ab Hypſipyle Thoantis filia hoſpitio exceptus ſubſtitit diutius. Hercule interim diſceſſum vrgente, cùm tandem euiciſſet, lacrymantibus fœminis, quæ ſingulæ viros, quod fœtere eas dicerent, occiderant, deceſſerunt. Igitur Sigea legentes littora Argonautæ, Ilium Aſię tenuere, & Bebrycem ibi Regem cum Laomedonte ſene (cuius iam filiam Heſionen Hercules à marino monſtro ſeruarat) de via tantùm ſalutant. Propontidis adhęc ſuperatis anguſtiis, Helleſpontum nauigant, id eſt Helles iam Nymphæ factæ aſpectu fruuntur & alloquio recreantur. Adiacet Cyzicus ciuitas regia, quam hoſpites adierunt.

LIB. III.

CYzico digreſſi Colchidem verſus, noctu denuo ad littus, à quo diſceſſerant, repelluntur. Ciues rati pridie eos exploratum veniſſe, nunc vrbem occupare velle, obuiam effuſi & armati occurrunt. Illi ab armorũ fragore turbáque exciti, iam ſe inuadi exiſtimantes, armati in littus deſiliunt. Acris vtrimque oritur pugna, Cyzicus Rex cum ſuorum ſtrage cæditur. Errore demum cognito, tam à victoribus, quàm à victis vtrimque comploratio. Cadunt animis Argonautæ, quos Mopſus vates volens erigere corporibus ſolemni ritu luſtratis, errorem

fatis imputandum esse asserit, ac proinde vt alacres inceptum iter prosequantur, hortatur. Parent: & iam Mysiæ montes attigerant, cùm Hercules terram exploraturus in littus descẽdit, Hyla puero comitatus. Iuno quia odio illum persequebatur, Hylam puerum Dryopæ nymphæ, hoc est, fontis interitu destinat. Ceruum enim subitò obiicit, quem cursu & telis nequidquam insequitur. Ceruus etenim fontem ingressus, spem pueri elusit, simúlque Hylas ex oculis Herculis sublatus. Is consederat fontis ad orã, & lassus sudorem abstergens, aquam pronus contemplando ignota manu in fundum abreptus, mergitur. Hercules interea alia existimans via puerum ad socios rediisse, non inuentum inclamans & furens quærere instituit. Qui cùm moras traheret, à sociis ingenti sanè dolore vnà cum puero in sylua relictus est.

LIBRI IIII.

IVpiter filii sui Herculis sollicitudines diutius ferre cùm non posset, malo ei remedium somnum procurat. Dormienti Hylas astitit, & quid eo factum esset, edocet. Qua re cognita, Ilium versus viam apparat, Bebrycem tyrannum exstincturus: medio viæ cursu ab Iride retinetur, mandante vt ante Bebryca, Prometheum in Caucaso monte accederet. Argonautæ quoque certant: Nam in Bebrycii littus regni egressi, Amyco giganti, Neptuni filio occurrunt, cæstu valido.

Is vnum

Is vnum è multis in singulare prouocat certamen. Cui Pollux obiicitur Castoris frater. Certatum vtrimque, cadit Amycus, vincit Pollux, cui honos obuenit & Diis gratiæ actę. Bosphorum dehinc mare ingressi (quod cur *Ionium* appelletur sacerdos Oeagri filius pronuntiat) Tynnæa littora Phinei regnum accesserunt. Accurrit Phineus, & eorum aduersus Harpyas (quæ illum mirè infestarent) opem flagitat. His Zetes Boreæ filius alis instructis opponitur. Pelluntur monstra & in Strophades insulas relegantur. Phineus Iasonis rogatu Deos consulens, quid suis denuo sit euenturum, denuntiat: subitò abeuntes ad Cyaneos scopulos periclitantur. Inde hospitio à Lyco rege Mariandinorum accipiuntur.

LIB. V.

APud Mariandinos Idmon moritur: quem statim consequitur Tiphys: Magno vterque luctu effertur: Eriginus nauis gubernaculo præficitur. Plurimas insulas prætereuecti, ad Sinopes littora in demortuorum loca socios binos admittunt. Et ita Phasidis ostia tandem aliquando ingrediuntur. Iasoni in oram fluminis egresso, & ad vrbem paucis comitibus pergenti, Medea ex vrbe vnà cum nutrice obuia fit, & Iasoni quo loco patrem reperiat, paucis edocet: Vrbem nullo animaduertente ingressus (Pallas enim crassa nube eum vallauerat) omnia lustrat.

Ob quam audaciam Mars non parum indignatus, actionem contra Palladem, coram Ioue instituit. Vtrinque mirè litigatum. Mars tandem Palladi cessit.

LIB. VI.

MArs Iasonem perdere satagit. Persen enim qui Colchos obsidione cinxerat, inuitum licet, arma subito rapere coëgit. Huic Æetes cum milite obuiam processit: nec Colchis Argonautæ desuere. Eos enim cùm de muris Medea in acie cerneret fortissimè dimicantes, Iasonem inter omnes summè admirans, amore eius capta est.

LIB. VII.

MEdea Iasonem deperibat, & quæ asperius dicta in eum pater palam iactabat, ad se pertinere existimans, iam hoc vnum sedulò agebat, quo iuuenem à paternis monstris totum suis, & sibi seruaret. Igitur intempesta nocte, foris in luco Iasoni venena præstantissima in manus tradit, quibus omne à dracone periculum superaret.

LIB. VIII.

AI ind Medea toxicum parat, quo dicto citius peruigil ille draco sopitus est, & Iasoni ad Vellus arietis liberum accessum præbuit: Sublatis anchoris læti Argonautæ vellus

vellus virginémque auehunt. Æetes fugam filiæ ægerrimè ferens, cum expeditis nauibus Absyrtum Medeæ fratrem, vt à fuga sororem retrahat, continuò submittit. Illi bellum veriti, cum Iasone de reddenda agunt virgine. Cognita Medea deliberatione, tota præ furore insaniens, ægrè tandem ab Iasone pacatur. * * *

Desunt nonnulla libro VIII.

ARGONAVTÆ DVCE IASONE AD VELLVS AVREVM PROFECTI, SEcundum Valer. Flaccum.

IASON, Æsonis F.
Hercules, & Hylas.
Telamon.
Canthus
Idas.
Acastus, Peliæ F.
Orpheus.
Angæus Lycurgi F.
Mopsus.
Idmon.
Peleus, pater Achillis
Asterius.
Appidanus.
Enipeus.
Iolaus.
Leodocus.
Iphitus.
Euphemus.
Deucalion.
Amphion.
Climenus.
Iphiclus, Thestiæ F.
Nauplius.
Oileus.
Cepheus.
Amphidamas.
Eurytion.
Nestor.
Tydeus.
Periclimenus.
Pocartius.
Butes.
Phalerus.
Eribotes.
Phthias.
Erginus } nauis gubernatores.
Tiphys.
Castor & Pollux, gemini.
Lacon.
Meleager.
Eurytus.
Iphis.
Admetus.
Zetes & Calais, Boreæ filii.
Echion.
Lynceus.

QVI

QVI VALERIVM FLACCVM BALBVM IN ARGONAVticis illustrarunt:

M. Ant. Sabellicus, & in Annotat. & in Enneade 1.lib.v.

Io.Bapt. *Pius* Egnatiusque, nescio an hic extet, vidit tamen Io.Pierius.c.6.

Philippus Eugentinus Argentorati.

Ægid.Maserius, Parisiis non ineptè.

Ludou.Carrio, bis.

Laurentius Balbus Liliensis, optimè cum Annotat.

Gifanius in Conlectaneis ad Lucretium, sed è Lud.Carrionis 1.editione sublegit.

Editiones Val.Flacci:
- Bononiensis
- Parisiensis, Ægidii Maserij
- Argentoratensis.
- Lugdun.

In Apollonii Argonautica Græca Scholia, Sophoclis Grammatici, vt putatur.

Vertit ad verbum Io.Hartungus Apollonii contextum.

Carmine, Valentinus Rormarus Salisburgensis cum Decuria capitum.

C.VALERII

C. VALERII FLACCI ARGONAVTICON

Liber Primus.

Prima Deûm magis canimus freta peruia nautis,
Fatidicámque ratem; Scythici quæ Phasidis oras
Ausa sequi, mediósque inter iuga concita cursus
Rumpere, flammifero tandem consedit Olympo.
Phœbe mone; si Cymeæ mihi conscia vatis
Stat casta cortina domo; si laurea digna
Fronte viret. Túque ô, pelagi cui maior aperti
Fama, Caledonius postquàm tua carbasa vexit
Oceanus Phrygios priùs indignatus Iülos,
10 *Eripe me populis, & habenti nubila terræ,*
Sancte pater; veterúmque faue veneranda canenti
Facta virûm: versam proles tua pandit Idumen,
(Namque potest) Solymo nigrantem puluere fratrē,
Spargentémque faces, & in omni turre furentem.
Ille tibi cultúsque Deûm, delubráque genti
Instituet; cùm iam genitor lucebis ab omni
Parte poli: neque enim in Tyrias Cynosura carinas
Certior, aut Graiis Helice seruanda magistris:
Seu tu signa dabis, seu te duce Græcia mittet,
20 *Et Sidon, Nilúsque rates. nunc nostra serenus*

Orsa iuues; hæc vt Latias vox impleat vrbes.
Hæmoniam primis Pelias frenabat ab annis:
Iam grauis, & longius populis metus: illius omnes,
Ionium quicunque petunt: ille Othryn & Hemum,
Atque imum felix versabat vomere Olympum.
Sed non vlla quies animo, fratrísque pauenti
Progeniem, diuûmque minas: hunc nam fore regi
Exitio vatésque canunt, pedúmque per aras
Terrifici monitus iterant: super ipsius ingens
30 *Instat fama viri, virtúsque haud læta tyranno.*
Ergo anteire metus, iuuenémque exstinguere pergit
Aesonium: letíque vias, ac tempora versat.
Sed neque bella videt, Graias neque monstra per vrbes
Vlla: Cleoneo iam tempora clausus hiatu
Alcides: olim Lerne defensus ab angue
Arcas: & ambobus iam cornua fracta iuuencis.
Ira maris, vastique placent discrimina ponti:
Cùm iuuenem tranquilla tuens, nec fronte timendus
„ *Occupat: & fictis dat vultum & pondera dictis:*
40 *Hanc mihi militiam, veterum quæ pulchrior actis,*
„ *Annue: dáque animum. nostri de sanguine Phryxus*
„ *Cretheos vt patrias, audisti, effugerit aras.*
„ *Hunc ferus Aeetes, Scythiam Phasímque rigentem*
„ *Qui colit (heu magni Solis pudor) hospita vina*
„ *Inter, & attonitæ mactat solemnia mensæ,*
„ *Nil nostri, diuûmque memor. non nuntia tantum*
„ *Fama refert: ipsum iuuenem tam sæua gementem,*
„ *Ipsum ego, cùm serus fessos sopor alligat artus,*
„ *Adspicio: méque assiduis lacera illius vmbra*
50 *Questibus, & magni numen maris excitat Helle.*

Si

» *Si mihi, quæ quondam vires, vel pendere pœnas*
» *Colchida iam, & regis caput hîc, atque arma vide-*
res.
» *Olim annis ille ardor hebet: nec dum mea proles*
» *Imperio, & belli rebus matura, marique.*
» *Tu, cui iam curæque vigent, animique viriles;*
» *I decus: & pecoris Nephilai vellera Graio*
» *Redde tholo: ac tantis temet dignare periclis.*
Talibus hortatur iuuenem, propiórque iubenti
Conticuit, certus Scythico concurrere ponto
60 *Cyaneas. tantóque silet possessa dracone*
Vellera; multifidas regis quem filia linguas
Vibrantem ex aditis cantu dapibúsque vocabat;
Et dabat hesterno liuentia mella veneno.
Mox taciti patuere doli, nec vellera curæ
Esse viro; sed sese odiis inmania cogi
In freta, qua iussos sic tandem quærere Colchos
Arte queat? nunc aërij plantaria vellet
Perseos, aut curru, vt sæuos frenasse dracones
Creditur; ignaras Cereris qui vomere terras
70 *Imbuit: & flaua quercum damnauit arista.*
Heu quid agat? populúmne leuem, veteríque tyran-
no
Infensum, atque olim miserantes Aesona patres
Aduocet? an socia Iunone & Pallade fretus
Armisona, superet magis, & freta iussa capessat,
Si qua operis tanti domito consurgere ponto
Fama queat? tu sola animos mentémque peruris
Gloria: te viridem videt inmunémque senecta
Phasidis in ripa stantem, iuuenésque vocantem.
Tandem animi incœptum confusáque pectora fir-
mat
80 *Relligio: tendénsque pias ad sidera palmas,*

„ Omnipotens regina, inquit, quam turbidus atro
„ Aethera cæruleum quateret cùm Iupiter imbre,
„ Ipse ego præcipiti tumidum per Enipea nimbo
„ In campos & tuta tuli, nec credere quiui
„ Antè deam, quàm te tonitru nutúque reposci
„ Coniugis, & subita raptam formidine vidi,
„ Da Scythiam Phasimque mihi: túque innuba Pallas
„ Eripe me. vestris egomet tunc vellera templis
„ Illa dabo: dabit auratis & cornibus igni
90 Colla pater: niueíque greges altaria cingent.
Accepere deæ, celeríque per æthera lapsu
Diuersas petiere vias. in mœnia pernix
Thespiaca ad carum Tritonia deuolat Argum.
Moliri hunc puppem iubet, & demittere ferro
Robora: Peliacas & iam comes exit in vndas.
At Iuno Argolicas pariter, Macedûmque per vrbes
Spargit, inexpertos tentare parentibus Astros
Aesoniden, iam stare ratem, remísque superbam
Poscere quos reuehat, rebúsque in secula tollat.
100 Omnis auet, quæ iam bellis spectatáque fama,
Turba ducum, primæ seu quos in flore iuuentæ
Tentamenta tenent, nec dum data copia rerum.
At quibus aruorum studiúmque insontis aratri;
Hos stimulant, magnáque ratem per lustra viásque
Iussi laude canunt manifesto in lumine Fauni,
Siluarûmque deæ, atque elatis cornibus amnes.
Protinus Inachiis vltro Tirynthius Argis
Aduolat: Arcadio cuius flammata veneno
Tela puer, faciléśque humeris gaudentibus arcus
110 Gestat Hylas: velit ille quidem; sed dextera nondum
Par oneri, clauæque capax. quos talibus amens

Insequi-

„ *Insequitur, solitósque nouat Saturnia questus:*
„ *O vtinam Graiæ rueret non omne iuuentæ*
„ *In noua fata decus: nostríque Eurystheos hæc nunc*
„ *Iussa forent: umbrem & tenebras, sauúmque tridentem*
„ *Iam iam ego & inuiti torsissem coniugis ignem.*
„ *Hunc quoque nec socium nostræ, columenve carinæ*
„ *Esse velim: Herculeis nec me vnquam fidere fas sit*
„ *Auxiliis; comiti & tantum debere superbo.*
120 *Dixit & Hæmonias oculos detorquet ad vndas.*
Feruere cuncta virûm cœtu, simul vndique cernit
Delatum nemus, & docta resonare bipenni
Litora: iam pinus gracili dissoluere lamna
Thespiadem, iungique latus, lentóque sequaces
Molliri videt igne trabes, remísque paratu
Pallada velifero quærentem brachia malo.
Constitit vt longo moles non peruia ponto
Puppis, & vt tenues subiere latentia ceræ
Lumina; pictura varios superaddit honores.
130 *Hic insperato Tyrrheni tergore piscis*
Peleos in thalamos vehitur Thetis: æquora Delphin
Corripit: illa sedet deiecta in lumina palla;
Nec Ioue maiorem nasci suspirat Achillem.
Hanc Panope, Dotóque soror, lætatáque fluctu
Prosequitur nudis pariter Galathea lacertis:
Antra petens Siculo reuocat de litore Cyclops.
Contrà ignis, viridíque thorus de fronde, dapésque
Vináque, & æquoreos inter cum coniuge diuos
Aeacides, pulsátque chelyn post pocula Chiron.
140 *Parte alia Pholoë, multóque insanus Iaccho*
Rhœtus, & Atracia subita de virgine pugnæ:
Crateres mensæque volant, aræque deorum,
Poculáque insignis veterum labor. optimus hasta

Hac Peleus; hac parte furens agnoscitur Aeson.
Fert grauis inuito victorem Nestora tergo
Monychus: ardenti peragit Clanis Actora quercu:
Nigro Nessus equo fugit: acclinísque tapetis
In medijs vacuo condit caput Hippasus auro.
Hac quanquam miranda viris, stupet Aesone natus:
150 *Et secum: Heu miseros nostrûm natósque patrésque!*
» *Haccine nos animæ faciles rate nubila contra*
» *Mittimur? in solum nunc sæuiet Aesona pontus?*
» *Non iuuenem in casus, eadémque pericula Acastum*
» *Abripiam? inuisa Pelias freta tuta carina*
» *Optet, & exoret nostris cum matribus vndas.*
Talia conanti læuum Iouis armiger æthra
Aduenit: & validis fixam gerit vnguibus agnam.
At procul è stabulis trepidi clamore sequuntur
Pastores, fremitúsque canum: citus occupat auras
160 *Raptor; & Aegæi super effugit alta profundi.*
Accipit augurium Aesonides, latúsque superbi
Tecta petit Peliæ: prior huic tunc regia proles
Aduolat, amplexus fraternáque pectora iungens.
» *Ductor ait; Non degeneres, vt reris, Acaste*
» *Venimus ad questus: socium te iungere cœptis*
» *Est animus. neque enim Telamon, aut Canthus & Idas*
» *Tyndareúsque puer mihi vellere dignior Helles.*
» *O quantum terræ, quantum cognoscere cæli*
» *Permissum est! pelagus quantos aperimus in vsus!*
170 *Nunc forsan graueris opus: sed læta recurret*
» *Cum ratis; & caram cùm iam mihi reddet Iolchon;*
» *Quis pudor heu nostros tibi tunc audire labores?*
» *Quas referam visas tua per suspiria gentes?*
» *Nec passus rex plura virûm. Sat multa parate,*

In

» *In quæcunque vocas; nec nos, ait, optime segnes*
» *Crediderís; patriísque magis confidere regnis,*
» *Quàm tibi: si primos duce te virtutis honores*
» *Carpere: fraternæ si des accedere famæ.*
» *Quin ego, ne qua metu nimio me cura parentis*
180 *Impediat, fallam ignarum; subitúsque paratis*
» *Tunc adero, primas linquet cùm puppis harenas.*
» *Dixerat. ille animos promissáque talia latus*
Accipit: & gressus auidos ad litora vertit.
At ducis imperiis Minyæ, monitúque frequentes
Puppem humeris subeunt: & tento poplite proni
Decurrunt: intrántque fretum: non clamor anhelis
Nauticus, aut blandus testudine defuit Orpheus.
Tum læti statuunt aras. tibi rector aquarum,
Summus honor: tibi cæruleis in litore vittis,
190 *Et Zephyris, Glaucóque bouem, Tethidique iuuencam*
Deicit Ancæus. non illo certior alter
Pinguia letifera perfringere colla bipenni.
Ipse ter æquoreo libans carchesia patri
» *Sic ait Aesonides: O qui spumantia nutu*
» *Regna quatis, terrásque salo complecteris omnes,*
» *Da veniam. scio me cunctis è gentibus vnum*
» *Illicitas tentare vias, hiemémque mereri:*
» *Sed non sponte feror: nec nunc mihi iungere montes*
» *Mens tamen, aut summo deposcere fulmen Olympo.*
200 *Ne Peliæ te vota trahant. ille aspera iussa*
» *Repperit, & Colchos in me luctúmque meorum.*
» *Illum ego. tu tantùm non indignantibus vndis*
» *Hoc caput accipias, & pressam regibus alnum.*
Sic fatus, pingui cumulat libamine flammam.
Protulit vt crinem densis luctatus in extis
Ignis, & adscendit salientia viscera tauri,

Ecce sacer, totúsque dei per litora Mopsus,
Immanis visu: vittámque comámque per auras
Surgentem, laurúsque rotat: vox reddita tandem
210 *Vox horrenda viris. tum facta silentia vati:*
» *Heu quaenam adspicio! nostris modò concitus ausis*
» *Aequoreos vocat ecce deos Neptunus, & ingens*
» *Concilium: fremere, & legem defendere cuncti*
» *Hortantur. sic amplexus, sic pectora fratris*
» *Iuno tene: túque ô puppem ne desere Pallas:*
» *Nunc patrui nunc flecte minas, cessere, ratémque*
» *Accepere mari. per quot discrimina rerum*
» *Expedior! subita cur pulcher harundine crines*
» *Velat Hylas? vnde vrna humeris? niueósque per artus*
220 *Caeruleae vestes? vnde haec tibi vulnera Pollux?*
» *Quantus Io tumidis taurorum è naribus ignis!*
» *Tollunt se galeae, sulcisque ex omnibus hasta,*
» *Et iam iamque humeri. quem circum vellera Martem*
» *Aspicio? quae nam aligeris secat anguibus auras*
» *Caede madens? quos ense ferit? miser eripe paruos*
» *Aesonide: cerno & thalamos ardere iugales.*
Iamdudum longa Minyas ambage, ducémque
Terrificat: sed enim contrà Phoebeius Idmon
Non pallore viris, non vllo horrore comarum
230 *Terribilis, plenus fatis, Phoebóque quieto;*
Cui genitor tribuit monitu praenoscere diuûm
Omina, seu flammas, seu lubrica comminus exta,
Seu plenum certis interroget aëra pennis.
» *Sic sociis, Mopsóque canit: Quantum augur Apollo,*
» *Flammaque prima docet: praeduri plena laboris*
» *Cerno equidem: patiens sed quae ratis omina vincet.*
» *Ingentes durate animae, dulcésque parentum*

Tendite

Tendite ad amplexus.lacrimæ cecidere canenti,
Quòd sibi iam clusos inuenit in ignibus Argos.
240 *Vix ea fatus erat: iungit cùm talia ductor*
,, *Aesonius: Superûm quando consulta videtis,*
,, *O socij, quandóque datur spes maxima cœptis:*
,, *Vos quoque nunc vires, animósque afferte paternos.*
,, *Non mihi Thessalici pietas culpanda tyranni,*
,, *Suspectíve doli: Deus hæc deus omine dextro*
,, *Imperat.ipse suo voluit commercia mundo*
,, *Iupiter, & tantos hominum miscere labores.*
,, *Ite viri mecum, dubiisque euincite rebus:*
,, *Quæ meminisse iuuet, nostrísque nepotibus instent.*
250 *Hanc verò socij venientem litore læti*
,, *Dulcibus alloquijs, ludóque educite noctem.*
Paretur. molli iuuenes funduntur in alga,
Conspicuúsque thoris Tirynthius.exta ministri
Rapta simul veribus, Cererémque dedêre canistris.
Iamque aderat summo decurrens vertice Chiron,
Clamantémque patri procul ostendebat Achillem.
Vt puer ad notas erectum Pelea voces
Vidit: & ingenti tendentem brachia passu:
Assiluit, caraque diu ceruice pependit.
260 *Illum nec valido spumantia pocula Baccho*
Sollicitant: veteri nec conspicienda metallo
Signa tenent. stupet in ducibus: magnúmque sonantes
Haurit: & Herculeo fert comminus ora leoni.
Lætus at impliciti Peleus rapit oscula nati,
Suspiciénsque polum, placido sic currere fluctu
Pelea vultis, ait: ventósque optare ferentes:
Hoc super seruate caput.tu cætera Chiron
Da mihi. te paruus lituos & bella loquentem
Miretur: sub te puerilia tela magistro

270 *Venator ferat: & nostram festinet ad hastam.*
Omnibus inde magis calor additus ire per altum
Magna mente volunt. Phryxi promittitur absens
Vellus, & auratis Argo reditura corymbis.
Sol ruit, & totum Minyis lætantibus vnda
Diduxere diem. sparguntur litore curuo
Lumina, nondum vllis terras monstrantia nautis,
Thracius hic noctem dulci testitudine vates
Extrahit; vt steterit redimitus tempora vittis
Phryxus; & iniustas contectus nubibus aras
280 *Fugerit, Inoo linquens Athamanta Learcho;*
Aureus vt iuuenem miserantibus intulit vndis
Vector, & astrictis vt sedit cornibus Helle.
Septem aurora vias, totidémque peregerat vmbras
Luna polo: dirimíque procul non æquore visa,
Cœperat à gemina descendere Sestos Abydo.
Hîc soror Aeoliden æuum mansura per omne
Deserit, heu sæuæ nequicquam erepta nouercæ.
Illa quidem fessis longè petit humida palmis
Vellera, sed bibulas vrgenti pondere vestes
290 *Vnda trahit, læuíque manus labuntur ab auro.*
Quis tibi Phryxe dolor, rapido cùm concitus æstu
Respiceres misera clamantia virginis ora,
Extremásque manus, sparsósque per æquora crines!
Iámque mero ludóque modus: positíque quietis
Conticuere thoris: solus quibus ordine fusis
Impatiens somni ductor manet. hunc grauis Aeson
Et pariter vigil Alcimede spectántque tenéntque
Pleni oculis: illis placidi sermonis Iason
Suggerit affatus, turbatáque pectora mulcet.
300 *Mox vbi victa graui ceciderunt lumina somno,*
Visa coronatæ fulgens tutela carinæ
" *Vocibus his instare duci: Dodonida quercum,*

Chaoniíque

,, *Chaoniíque vides famulam Iouis: æquora tecum*
,, *Ingredior: nec fatidicis auellere siluis*
,, *Me, nisi promisso potuit Saturnia cælo.*
,, *Tempus adest; age, rumpe moras, dúmq; æquore toto*
,, *Currimus, incertus si nubila duxerit æther:*
Iam nunc mitte metus, fidens superísque mihíque.
Dixerat. ille pauens, læto quanquam omine diuûm,
310 *Prosiluit stratis: Minyas simul obtulit omnes*
Alma nouo crispans pelagus Titonia Phœbo.
Discurrunt transtris: hi celso cornua malo
Expediunt: alij tonsas in marmore summo
Prætentant: prora funem legit Argus ab alta.
Increscunt matrum gemitus: & fortia languent
Corda patrum. longis flentes amplexibus hærent.
Vox tamen Alcimedes plāctus super eminet omnes:
Femineis tantum illa furens vlulatibus obstat:
Obruat Idæam quantum tuba Martia buxum.
320 *Fatur & hæc: Nate indignos aditure labores,*
,, *Diuidimur: nec ad hos animum componere casus*
,, *Ante datum, sed bella tibi terrásque timebam:*
,, *Vota aliis facienda deis. si fata reducunt*
,, *Te mihi, si trepidis placabile matribus æquor;*
,, *Possum equidem lucémque pati, longúmque timorē:*
,, *Sin aliud fortuna parat; miserere parentum.*
,, *Mors bona, dum metus est, nec adhuc dolor. hei mi-*
,, *hi Colchos*
,, *Vnde ego, & auecti timuissem vellera Phryxi?*
,, *Quos iam mente dies, quàm seua insomnia curis*
330 *Prospicio! quotiens raucos ad litoris ictus*
,, *Deficiam, Scythicum metuēs pontúmque polúmque;*
,, *Nec de te credam nostris ingrata serenis?*
,, *Da precor amplexus, hæsurâque verba relinque*
,, *Auribus, & dulci iam nunc preme lumina dextra.*

Talibus Alcimede mœret. sed fortior Aeson
„ Attollens dictis animos: O si mihi sanguis,
„ Quantus erat, cùm signiferum cratera minantem
„ Non leuiore Pholum manus hæc compescuit auro:
„ Primus in ætatis posuissem puppibus arma,
340 *Concussóque ratem gauderem tollere remo.*
„ Sed patriæ valuere preces, auditaque magnis
„ Vota deis: vt dent nostro tot in æquore reges,
„ Téque ducem: tales ego ducere suetus,
„ Atque sequi: nunc ille dies (det Iupiter oro)
„ Ille super, quo te Scythici regisque marisque
„ Victorem, atque humeros ardentem vellere rapto,
„ Accipiam, cedantque tua mea facta iuuentæ.
Sic ait. ille suo collapsam pectore matrem,
Sustinuit: magnaque senem ceruice recepit.
350 *Et iam finis erat. Zephyrúmque ratémque morãtes,*
Soluerat amplexu tristi tuba tertia signo.
Dant remo sua quisque viri, dant nomina transtris.
Hinc læuum Telamon pelagus tenet: altior inde
Occupat Alcides aliud mare: cætera pubes
Diuiditur. celer Asterion, quem matre carentem
Cristatus gemino fouit pater amne Cometes:
Segnior Appidani vires vbi sentit Enipeus:
Nititur. hinc Talaus, fratrisque Leodocus vrget
Remo terga sui, quos nobile contulit Argos.
360 *Hinc quoque missus adest, quamuis arcentibus Idas*
Alitibus: sed turpe viro timuisse futura.
Hic & Naubulides tortas insurgit in vndas
Iphitus: hic patrium frangit Neptunius æquor,
Qui tenet vndisonã Psamathen, sempérque patentẽ
Tænaron Euphemus: mollique à litore Pellæ
Deucalion certus iaculis, & comminus ense
Nobilis Amphion pater quos edidit Hypso,

Nec

Nec potuit similes voluitve ediscere vultus.
Tum valida Clymenus percusso pectore tonsa,
370 *Frater & Iphiclus puppem trahit: & face saeua*
In tua mox Danaos acturus saxa Caphareu
Nauplius: & tortum non à Ioue fulmen Oileus
Qui gemet, Euboicas nato stridente per vndas:
Quique Erymanthaei sudantem pondere monstri
Amphitryoniadem, Tegeaeo limine Cepheus
Iuuit: & Amphidamas. at frater plenior actis,
Maluit Ancaeo vellus contingere Phryxi.
Tectus & Eurytion seruato colla capillo,
Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.
380 *Te quoque Thessalica Nestor rapit in freta puppis*
Fama: Mycenaeis olim qui candida velis
Aequora, nec stantes mirabere mille magistros.
Hic vatis Phoebíque fides non vana parentis
Mopsus: puniceo cui circumfusa coturno
Palla imos ferit alba pedes, vittatáque frontem
Cassis, & in summo laurus Peneïa cono.
Quin etiam Herculeo consurgit ab ordine Tydeüs:
Nelidésque Periclimenes: quem parua Methone
Et leuis Elis equis, & fluctibus obuius Aulon,
390 *Caestibus aduersos viderunt frangere vultus.*
Tu quoque Phryxaeos remo Poeantie Colchos
Bis Lemnon visure petis, nunc cuspide patris
Inclytus, Herculeas olim moture sagittas.
Proximus hinc Butes Actaeis diues ab oris:
Innumeras nam claudit apes, longáque superbus
Fuscat nube diem: dum plenas nectare cellas
Pandit, & in dulcem reges dimittit Hymeton.
Insequeris, cassisque tuos expressa Phalere
Arma geris: vacua nam lapsus ab arbore paruum
400 *Te quater ardentis tergo circumuenit anguis:*

Stat procul intendens dubium pater anxius arcum.
Tum calata metus alios gerit arma Eribotes.
Nec Peleus fretus soceris & coniuge diua
Defuit. at prora splendet tua cuspis ab alta
Aeacide: tantum hac altis excelsior hastis;
Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos.
Linquit & Actorides natum Chironis in antro;
Vt socius caro pariter meditetur Achilli
Fila lyra; paritérque leues puer incitet hastas:
410 *Discat eques placidi conscendere terga magistri.*
Et, quem fama genus non est decepta Lyai,
Phlias immissus patrios de vertice crines.
Nec timet Ancaum genitrix committere ponto:
Plena tulit quem rege maris. securus in aequor
Haud minus Erginus, proles Neptunia, fertur:
Qui maris insidias, clara qui sidera noctis
Norit, & è clausis quem destinet Aeolus antris:
Non metuat cui regna ratis, cui tradere calum
Assidua Tiphys vultum lassatus ab Arcto.
420 *Taurea vulnifico portat calatáque plumbo*
Terga Lacon; saltem in vacuos vt brachia ventos
Spargat; & Oebalium Pagasaeia puppis alumnum
Spectet, securo celebrantem litora ludo.
Ordáque Thessalico melior contundere freno,
Vectorem pauida Castor dum quaereret Helles,
Passus Amyclea pinguescere Cyllaron herba.
Illis Taenareo pariter tremit ignea fuco
Purpura; quod gemina mater spectabile tela
Duxit opus: bis Taygeton siluásque comantes
430 *Struxerat: Eurotam molli bis fuderat auro.*
Quemque suus sonipes niueo de stamine portat,
Et volat amborum patrius de pectore cygnus.
At tibi collectas soluit iam fibula vestes,

Osten-

Ostenditque humeros fortes, spaciúmque superbi
Pectoris, Herculeis aequum Meleagre lacertis.
Hec numerosa phalanx, proles Cyllenia: certus
Aethalides subitas neruo redeunte sagittas
Cogere: tu medios gladio bonus ire per hostes
Euryte: nec patrio Minyis ignobilis vsu,
440 *Nuntia verba ducis populis qui reddit Echion.*
Sed non, Iphi, tuis Argo reditura lacertis;
Heu celerem Scythica te maesta relinquet harena,
Cassantémque tuo lugebit in ordine remum.
Te quoque dant campi tanto pastore Pherai
Felices Admete: tuis nam pendit in aruis
Delius, ingrato Steropen quod fuderat arcu.
Ah quotiens famulo notis soror obuia siluis
Fleuit, vbi Ossea captaret frigora quercus,
Perderet & pingui miseros Boebeide crines!
450 *Insurgit transtris, & remo Nerea versat*
Canthus, in Aeeo voluet quem barbara cuspis
Puluere. at interea clari decus adiacet orbis,
Quem genitor gestabat Abas: secat aurea fluctu
Tegmina, Chalcidicas fugiens Euripus harenas.
Celsáque semiferûm contorquens frena luporum,
Surgis ab ostrifero medius Neptune Geraesto.
Et tibi, Palladia pinu, Polypheme reuecto
Ante vrbem ardentis restat deprendere patris
Relliquias: multum famulis pia iusta moratis,
460 *Si venias. breuiore petit iam carula remo,*
Occupat & longè sua transtra nouissimus Idas.
At frater magnos Lynceus seruatur in vsus:
Quem tulit Arene: possit qui rumpere terras,
Et Styga transmisso tacitam deprendere visu.
Fluctibus è mediis terras dabit ille magistro,
Et dabit astra rati; cúmque aethera Iupiter vmbra

Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.
Quin & Cecropiæ proles vacat Orithyiæ,
Temperet vt tremulos Zetes, fraterque Caruchos.
470 *Nec verò Othrysius transtris impenditur Orpheus,*
Aut pontum remo subigit: sed carmine tonsas
Ire docet, summo passim ne gurgite pugnent.
Donat & Iphiclo pelagus, iuuenúmque labores
Aesonides: fessum Phylace quem miserat æuo,
Non iam operum in partem: monitus sed tradat vt acres,
Magnorúmque viros qui laudibus vrat auorum,
Arge tuæ tibi cura ratis: te mœnia doctum
Thespia Palladio dant munere: sors tibi, ne qua
Parte trahat tacitum puppis mare: fissáque fluctu
480 *Vel pice vel molli concludere vulnera cæra.*
Peruigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro
Hagniades: felix, stellis qui segnibus vsum,
Et dedit æquoreos cælo duce tendere cursus.
Ecce per obliqui rapidum compendia montis
Ductor auens latúsque dolis, agnoscit Acastum
Horrentem iaculis, & parma luce coruscum.
Ille vt se mediæ per scuta viróśque, carinæ
Intulit: ardenti Aesonides retinacula ferro
Abscidit. haud aliter saltus, vastatáque pernix
490 *Venator cùm lustra fugit: domnóque timentem*
Vrget equum, teneras complexus pectore tygres,
Quas astu rapuit pauido, dum sæua relictis
Mater inaduerso catulis venatur Amano.
Vt pariter propulsa ratis: stant litore matres,
Claráque vela oculis, percussáque sole sequuntur
Scuta virûm: donec iam celsior arbore pontus,
Immensúsque ratem spectantibus abstulit aër.
Siderea tunc arce pater pulcherrima Graiûm

Cœpta

Cœpta tuens, tantámque operis consurgere molem,
500 *Lætatur: patrij neque enim probat otia regni.*
Vna omnes gaudent superi, venturáque mundo
Tempora, quæque vias cernunt sibi crescere Parcæ.
Sed non & Scythici genitor discrimine nati
Intrepidus, tales fudit Sol pectore voces:
» *Summe sator, cui nostra dies, voluentibus annis,*
» *Tot peragit, reficítque vices: tuáne ista voluntas?*
» *Graiáque nunc vndis, duce te, nutúque secundo*
» *It ratis? an meritos fas est mihi rumpere questus?*
» *Hoc metuens, & ne qua foret manus inuida nato,*
510 *Non media telluris opes, non improba legi*
» *Diuitis arua plagæ: teneant vberrima Teucer,*
» *Et Lybis, & vestri Pelopis domus: horrida sæuo*
» *Quæ premis arua gelu, strictósque in sedibus amnes,*
» *Cederet his etiam, & sese sine honore referret*
» *Vlterius: sed nube rigens ac nescia regum*
» *Stat super, & nostros iam zona reuerberat ignes.*
» *Quid regio immanis, quid Barbarus amnibus illis*
» *Phasis, & aduersis proles mea gentibus obstat?*
» *Quid Minyæ meruere queri? num vellere Graio*
520 *Vt potitur? profugo quin agmina iungere Phryxo*
» *Annuit: Inoas vltro nec venit ad aras:*
» *Imperij sed parte virum, nataque moratus*
» *Coniugio, videt è grata nunc stirpe nepotes:*
» *Et generos vocat, & iunctas sibi sanguine terras.*
» *Flectere ratem, motúsque pater: nec vulnere nostro*
» *Aequora pande viris: veteris sat conscia luctus*
» *Silua Padi, & viso flentes genitore sorores.*
Affremit his, quassátque caput, qui vellera dono
Bellipotens sibi fixa videt: tentatáque contra
530 *Pallas: & amborum gemuit Saturnia questus.*
Tum genitor: Vetera hæc nobis & condita pergunt

,, *Ordine cuncta suo, rerúmque à principe cursu*
,, *Fixa manent: neque enim terris tum sanguis in vllis*
,, *Noster erat, cùm fata darem: iustique facultas*
,, *Hæc mihi, vt hinc varios struerem per sæcula reges.*
,, *Vtque ego curarum repetam decreta mearum:*
,, *Iampridem regio, quà virginis æquor ad Helles,*
,, *Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro:*
,, *Vndat equis, florétque viris: nec tollere contra*
450 *Vlla pares animos, noménque capescere bellis*
,, *Ausa manus: sic fata, locos, sic ipse fouebam.*
,, *Accelerat sed summa dies, Asiámque labantem*
,, *Linquimus, & poscunt iam me sua tempora Graij:*
,, *Inde mea quercus, tripodésque, animæque parentum*
,, *Hanc pelago misêre manum: via facta per vndas,*
,, *Pérque hiemes Bellona tibi: nec vellera tantùm*
,, *Indignanda manent; proprior de virgine rapta*
,, *Ille dolor; sed nulla magis sententia menti*
,, *Fixa mea: veniet Phrygia nam pastor ab Ida,*
550 *Qui gemitus, irásque pares, & mutua Graiis*
,, *Damna ferat. quæ classe dehinc effusa procorum*
,, *Bella, quot ad Troiam flentes hiberna Mycenas,*
,, *Quot proceres, natósque Deûm; quæ robora cernes*
,, *Oppetere, & magnus Asiam concedere fatis!*
,, *Hinc danaûm de fine sedet: gentésque fouebo*
,, *Mox alias: pateant montes siluæque lacúsque,*
,, *Cunctáque claustra maris; spes & metus omnibus e-*
,, *sto,*
,, *Arbiter ipse locos, terrenáque summa mouebo:*
,, *Experiar, quæ nam populis longissima cunctis*
560 *Regna velim, linquámque datas vbi certus habenas.*
Tunc oculos Aegæa refert ad cærula robur
Herculeum, Ledæqúe tuens genus: atque ita fatur:
,, *Tendite in astra viri: me primum regia mundo*

Iapeti

„ Iapeti post bella,truces Phlegræque labores
„ Imposuit:durum vobis iter,& graue cœli
„ Instituí.sic ecce meus,sic orbe peracto
„ Liber,& expertus terras remeauit Apollo.
Dixit,& ingenti flammantem nubila sulco
Direxit per inane facem:quæ puppe propinqua;
570 In bifidum discessit iter,fratrésque petiuit
Tyndareos:placida & mediis in frontibus hæsit
Protinus amborum:luménque innoxia fundit
Purpureum:miseris olim implorabile nautis.
Interea medio sæuus permissa profundo
Carbasa,Pangæa Boreas speculatus ab arce:
Continuò Æoliam,Tyrrhenáque tendit ad antra
Concitus.omne dei rapidis nemus ingemit alis:
Strata Ceres:motúsque niger sub præpete pontus.
Æquore,Trinacrio,refugique à parte Pelori,
580 Stat rupes horrenda fretis:quot in æthera surgit
Molibus;infernas totiens demissa sub vndas.
Nec scopulos,aut antra minor iuxtà altera tellus
Cernitúr:illam Achamas habitat, nudúsque Pyra-
gmon.
Has nimbi,ventíque domos,& naufraga seruat
Tempestas:hinc in terras latúmque profundum
Est iter:hinc olim soliti miscere polúmque
Infelixque fretum(neque enim tunc Æolus illís
Rector erat, Libya cùm rumperet aduena Calpen
Oceanus,cùm flens Siculos Oenotria fines
095 Perderet,& mediis intrarent montibus vndæ)
Intonuit,donec pauidis ex æthere ventis
Omnipotens,regémque dedit,quem iussa vereri
Sæua cohors:in monte chalybs iteratáque muris
Saxa,domat Euros. cùm iam prohibere frementum
Ora nequit rex, tunc aditus & claustra refringit

Ipse volens, placátque data fera murmura porta.
Nuncius hunc solio Boreas proturbat ab alto:
Pangæa quod ab arce nefas, ait, Aeole vidi!
„ Graia nouam ferro molem commenta iuuentus
600 *Pergit, & ingenti gaudens donat æquora velo:*
„ Nec mihi libertas imis freta tollere harenis:
„ Qualis eram, nondum vinclis & carcere clausus:
„ Hinc animi, structæque viris fiducia puppis,
„ Quod Boream sub rege vident. da mergere Graios,
„ Insanámque ratem: nil me mea pectora tangunt,
„ Tantùm hominũ compesce minas: dum litora iuxta
„ Thessala, nec dum aliæ viderunt carbasa terræ.
Dixerat. at cuncti fremere intus, & æquora venti
Poscere. tum valido contortam turbine portam
610 *Impulit Hippotades. fundunt se carcere lati*
Thraces equi, Zephyrúsque, & nocti concolor alas
Nimborum cum prole Notus: crinémque procellis
Hispidus, & multa flauus caput Eurus harena.
Induxere hiemem: raucóque ad litora tractu
Vnanimi freta curua ferunt: nec sola tridentis
Regna mouent, vasto pariter ruit igneus æther
Cum tonitru, piceóque premit nox omnia cælo.
Excussi manibus remi: conuersáque frontem
Puppis in obliquam resonat: latus accipit ictus:
620 *Vela super tremulum subitus volitantia malum*
Turbo rapit. qui tum Minyis trepidantibus horror
Cùm picei fulsere poli, pauidámque coruscæ
Ante ratem cecidere faces, antennáque læuo
Prona dehiscentem cornu cùm sustulit vndam?
Non hiemem, missósque putant consurgere ventos
Ignari. sed tale fretum, tum murmure mæsto:
„ Hoc erat illicitas temerare rudentibus vndas,
„ Quod nostri timuere patres: vix litore puppim

Soluimus

„ *Soluimus,& quanto fremitu se sustulit Aegon!*
630 *Hoccine Cyaneæ concurrunt æquore cautes?*
„ *Tristius an miseris superest mare? linquite terræ*
„ *Spem pelagi, sacrósque iterum seponite fluctus.*
Hæc iterant segni flentes occumbere leto.
Magnanimus spectat pharetras,& inutile robur
Amphitryoniades: miscent suprema pauentes
Verba alij,iungúntque manus,atque ora fatigant:
Aspectu tota in misero cùm protinus alnus
Soluitur,& vasto puppis mare sorbet hiatu.
Illam huc atque illuc nunc torquēs verberat Eurus,
640 *Nunc stridens Zephyris aufert Notus vndique feruent*
Æquora:cùm subitus trifida Neptunus in hasta
„ *Cæruleum fundo caput extulit.hanc mihi Pallas,*
„ *Et soror hanc,inquit,mulcens mea pectora fletus*
„ *Abstulerint:veniant Phariæ Tyriæque carinæ:*
„ *Permissúmque putent:quotiens mox rapta videbo*
„ *Vela Notis,plenásque malis clamoribus vndas!*
„ *Non meus Orion,aut sæuus Pliade taurus*
„ *Mortis causa nouæ:miseris tu gentibus Argo*
„ *Fata paras:nec tam merito tibi,Typhi,quietum*
650 *Vlla parens volet Elysium,manésque piorum.*
Hæc ait,& pontum pater ac turbata reponit
Litora,depellítque Notos:quos cærulus horror
Et madido grauis vnda sinu,longéque secutus
Imber,ad Æoliæ tendunt simul æquora portæ.
Emicuit reserata dies:cælúmque resoluit
Arcus:& in summos redierunt nubila montes,
Iam placidis ratis extat aquis, quam gurgite ab imō
Et Tethis, & magnis Nereus socer erigit vlnis.
Ergò humeros ductor sacro velatur amictu,
660 *Æsoniámque caput pateram:quam munere gaudens*

Liquerat hospitio, pharetrásque rependerat auro
Salmoneus: non dum ille furens; cùm fingeret alti
Quadrifida trabe tela Iouis, contráque ruentem
Aut Athon, aut Rhodopē; mæstæ nemora ardua Pisæ
Æmulus & miseros ipse vreret Elidis agros.
Hac pelago libat latices, & talibus infit:
» *Di, quibus vndarum tempestatísque sonoræ*
» *Imperium, & magno penitus par regia cælo:*
» *Túque, fretum diuósque pater sortite bifermes.*
670 *Seu casus nox ista fuit; seu voluitur axis,*
» *Vt superûm sic staret opus; tollíque vicissim*
» *Pontus habet; seu te subitæ noua puppis imago*
» *Armorúmque hominúmque, truces cōsurgere in iras*
» *Impulit: heu luerim satis, & tua numina rector*
» *Iam fuerint meliora mihi. da reddere terris*
» *Has animas, patriæque amplecti limina portæ.*
» *Tum quocunque loco meritas tibi plurimus aras*
» *Pascet honos, vbicunque rotis horrendus equísque*
» *Stas pater, atque ingens vtrimque fluentia Triton*
680 *Frena tenet: tantum nostras concede per vrbes.*
Dixerat hæc. oritur clamor, dextráque sequentum
Verba ducis. sic cùm stabulis & messibus ingens
Ira deûm, & Calabri populator sirius arui
Incubuit; coit agrestum manus inscia priscum
In nemus, & miseris dictat pia vota sacerdos.
Ecce autem molli Zephyros descendere lapsu
Aspiciunt; volat immissis cauta pinus habenis,
Infinditque salum, & spumas vomit ære tridenti.
Tiphys agit, tantíque sedent ad iussa ministri.
690 *Qualiter ad summi solium Iouis, omnia circum*
Prona, parata deo, ventique, imbrésque, niuésque,
Fulgurâque, & tonitrus, & adhuc in fontibus amnes.

At

At subitus, curáque ducem metus acrior omni.
Ménsque mali præsaga quatit; quòd regis adortus
Progeniem, raptóque dolis crudelis Acasto,
Cetera nuda neci, medióque in crimine patrem
Liquerit, ac nullis inopem vallauerit armis.
Ipse procul nunc tuta tenens; ruat omnis in illos
Quippe furor, nec vana pauet, trepidátque futuris.
700 *Sæuit atrox Pelias, inimicáque vertice ab alto*
Vela videt: nec qua se ardens effundere possit:
Nil animi, nil regna iuuant. fremit obice ponti
Clausa cohors, telísque salum facibúsque coruscat.
Haud secus, arisona volucer cùm Dædalus ora
Prosiliit, iuxtáque comes breuioribus alis,
Nube noua linquente domos; Mineia frustra
Infremuit manus, & visu lassatur inani:
Omnis equis plenísque redit cortina pharetris.
Quin etiam in thalamis, primóque in limine Acasti
710 *Fusus humo, iuuenis gressus & inania signa*
Ore premit, sparsísque legens vestigia canis;
» *Te quoque iam mæsti forsan genitoris imago*
» *Nate, ait, & luctus subeunt suspiria nostri.*
» *Iámque dolos, circúmque truces discrimina leti*
» *Mille vides: qua te infelix, quibus insequar oris?*
» *Non Scythicas ferus ille domos, nec ad ostia ponti*
» *Tendit iter; falsa sed captum laudis amore*
» *Te puer in nostra durus tormenta senectæ*
» *Nunc lacerat. celsis an si freta puppibus essent*
720 *Peruia, non vltrò iuuenes classémque dedissem?*
» *O domus, o freti nequicquam prole nepotes.*
Dixit, & ex templo Furiis, iráque minaci
Terribilis, sunt hic etiam tua vulnera prædo,
Sunt lacrimæ, carúsque parens. simul ædibus altis

Itque reditque fremens, rerúmque asperrima versat.
Bistonas ad meritos cùm cornua sæua Thyoneus
Torsit, & infelix iam mille furoribus Hemus,
Iam Rhodopes nemora alta gemunt : talem incita longis
Porticibus, coniúnxque fugit, natíque Ligurgum.
730 *Tartareo tum sacra Ioui, Stygiísque ferebat*
Manibus Alcimede, tanto super anxia nato,
Si quid ab excitis melius prænosceret vmbris.
Ipsum etiam, curísque parem, talésque prementem
Corde metus, ducit facilem tamen, Æsona coniunx.
In scrobibus cruor, & largus Phlegethontis operti
Stagnat honos, sæuóque vocat grandæua tumultu
Thessalis exanimes atauos, magnæque nepotem
Pleiones. & iam tenues ad carmina vultus
Extulerat, mæstósque tuens natúmque nurúmque,
740 *Talia libato pandebat sanguine Cretheus:*
» *Mitte metus, volat ille mari: quātúmq; propinquat,*
» *Iam magis atque magis, variis stupet alta deorum*
» *Prodigiis: quatiúntque truces oracula Colchos.*
» *Heu quibus ingreditur fatis! qui gentibus horror*
» *Pergit! mox Scythia spoliis nuribúsque superbus*
» *Adueniet. cuperem ipse graues tum rumpere terras.*
» *Sed tibi triste nefas, fraternáque turbidus arma*
» *Rex parat, & sæuos irarum concipit ignes.*
» *Quin rapis hanc animam, & famulos citus effugis*
» *artus:*
750 *I, meus es. iam te in lucos pia turba silentum,*
» *Secretísque ciet volitans pater Æolus antris.*
Horruit intereà famulum clamore supremo
Mæsta domus: regémque fragor per mœnia defert.
Mille ciere manus, & iam dare iussa vocatis.
Flagrantes aras vestémque nemúsque sacerdos
Præcipitat,

Præcipitat, subitísque pauens circumspicit Aeson
Quid moueat, quàm multa leo cunctatus in arta,
Mole virûm, rictúque genas & lumina pressit.
Sic curæ subiere ducem, ferrum ne capessat
760 *Imbelle, atque æui senior gestamina primi:*
An patres regnique acuat mutabile vulgus.
Contra effusa manus, hærénsque in pectore coniunx:
Me quoque, ait, casus, comitem, quicunque propinquat,
Accipies: nec nec fata traham, natúmque videbo
Te sine: sat cæli patiens, cùm prima per altum
Vela dedit, potui quæ tantum ferre dolorem.
Talia per lacrimas. & iam circumspicit Aeson,
Præueniat quo fine minas, quo fata capessat
Digna satis: magnos obitus natúmque domúmque
770 *Et genus Aeolium, pugnatáque poscere bella.*
Est etiam ante oculos æui rudis altera proles,
Ingentes animos, & fortia discere facta
Quem velit, atque olim leti meminisse paterni.
Ergo sacra nouat. Veteris sub nocte cupressi
Sordidus, & multa pallens ferrugine taurus
Stabat adhuc: cui cærulea per cornua vittæ,
Et taxi frons hirta comis: ipse æger, anhelans,
Impatiénsque loci, visáque exterritus vmbra.
Hunc sibi præcipuum, gentis de more nefandæ,
780 *Thessalis in seros Ditis seruauerat vsus.*
Tergeminam tum placat heram, Stygiásque supremo
Obsecrat igne domos: iam iam exerabile retro
Carmen agens. neque enim ante leues niger auehit vmbras
Portitor, & cuncta primis stant faucibus orci.
Illum vbi terrifici superesse in tempore sacri

Pœna, docet, maneat Pelian, quo limine monstrat.
Mirantur tantos strepitus, turbámque ruentem,
850 *Et loca, & infernos alma virtutis honores.*

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON

LIBER II.

INtereà scelerum, luctúsque ignarus Iason
Alta secat. neque enim patrios cognoscere casus
Iuno sinit; mediis ardens ne flectat ab vndis;
Ac temerè in Pelian, & adhuc obstantia regis
Fata ruat: placitósque deis neu deserat actus.
Iámque fretis summas æquatum Pelion ornos,
Templáque Pisææ mergunt obliqua Dianæ.
Iam Sciathos subsedit aquis: iam longa recessit
Sepias: attollit tondentes pabula Magnes.
10 *Campus equos: vidisse putant Dolopeïa busta.*
Intrantémque Amyron curuas quæsita per oras
Aequora: flumineo cuius redeuntia vento
Vela legunt: remis insurgitur. inde salutant
Eurymenas. recipit velúmque fretúmque reuersum
Auster: & in nubem Minyis repetentibus altum,
Ossa redit. metus ecce deûm, damnatáque bello
Pallene:

Pallene: circúmque vident immania monstra
Terrigenûm cælo quondam aduersata gigantum:
Quos scopulis, trabibúsque, parens miserata ingés-
que.
20 *Induit, & versos extruxit in æthera montes.*
Quisque suas in rupe minas, pugnámque, metúsque,
Seruat adhuc: quatit ipse hiemes, & torquet ab alto
Fulmina crebra pater: scopulis sed maximus illis
Horror abest, Sicula pressus tellure Typhoeus.
Hunc profugum, & sacras reuomentem pectore flam-
mas,
Vt memorant, prensum ipse comis Neptunus in alto
Abstulit, implicuítque vadis: totiénsque cruenta
Mole resurgentem, torquentémque ignibus vndas
Sicanium dedit vsque fretum: cúmque vrbibus Aet-
nam
30 *Intulit ora premens: trux ille, eiectat adesi*
Fundamenta iugi: pariter tunc omnis anhelat
Trinacria, iniectam fesso dum pectore molem
Commouet experiens, gemitúque reponit inani.
Iámque Hyperionius metas maris vrget Iberi
Currus, & euectæ prono laxantur habenæ
Aethere: cùm palmas Tethys grandæua, sinúsque
Sustulit. & rupto sonuit sacer æquore Titan.
Auxerat hora metus, iam se vertentis olympi:
40 *Vt faciem, raptósque simul montésque locósque*
Ex oculis, circúmque graues videre tenebras:
Ipsa quies rerum, mundique silentia terrent:
Astráque, & effusis stellatus crinibus æther,
Ac velut ignota captus regione viarum,
Noctiuagum qui carpit iter: non aure quiescit,
Non oculis: noctísque metus niger auget vtrunque
Campus, & occurrens vmbris maioribus arbor.

Haud aliter trepidare viri. sed pectora firmans
Hagniades, Non hanc, inquit, sine numine pinum
Dirigimus: nec me tantùm Tritonia cursus
50 Erudijt; sæpe ipsa manu dignata carinam est.
At non experti, subitus cùm luce fugata
Horruit imbre dies! quantis, prô Iupiter Austris
Restitimus! quanta, quotiens & Palladis arte
In cassum decimæ cecidit tumor arduus vndæ!
Quin agite ô socij; micat immutabile cælum,
Purâque nec grauido surrexit Cynthia cornu;
Nullus in vrbe rubor; certúsque ad talia Titan,
Integer in fluctus, & in vno decidit Euro.
Adde quòd in noctem venti velóque marique
60 Incumbunt magis: it tacitis ratis ocior horis.
Atque adeò non illa sequi mihi sidera monstrant,
Quæ delapsa polo reficit mare: tantus Orion
Iam cadit; irato iam stridet in æquore Perseus:
Sed mihi dux, vetitis qui nunquam conditur vndis,
Axe nitet serpens, septenósque implicat ignes.
Sic ait: & certi memorat qui vultus Olympi,
Pleiones, Hyadúmque locos; quo sidere vibret
Ensis, & Actæus niteat qua luce Bootes.
Hæc vbi dicta dedit; Cereris tum munere fessus
70 Restituunt vires, & parco corpora Baccho:
Mox somno cessere: regunt sua sidera puppem.
Iámque sub Eoæ dubios Atlantidis ignes
Albet ager: motísque truces ab ouilibus vrsi
Tuta domósque petunt: raras & litus in altum
Mittit aues; cùm primus equis exegit anhelis
Phœbus, Athon, mediásque diem dispersit in vndas.
Certatim remis agitur mare: rostráque cursu
Prima tremunt: & iam summis Vulcania surgit
Lem-

Lemnos aquis, tibi per varios defleta labores
80 *Ignipotens: nec te Furiis & crimine matrum*
Terra, fugæ meritique piget meminisse prioris.
Tempore quo primum fremitus insurgere opertos
Cælicolûm, & regni sensit nouitate tumentes
Iupiter; ætheriæ nec stare silentia pacis:
Iunonem volucri primam suspendit Olympo,
Horrendum chaos ostendens, pœnámque barathri.
Mox etiam pauidæ tentantem vincula matris
Soluere, prærupti Vulcanum vertice cæli
Deuoluit: ruit ille polo, noctémque diémque
90 *Turbinis in morem; Lemni cùm litore tandem*
Insonuit: vox inde repens vt perculit vrbem,
Accliuem scopulo inueniunt, miseréntque, fouént-
que
Alternos ægro cunctantem poplite gressus.
Hinc reduci, superas postquam pater annuit arces,
Lemnos cara deo: nec fama notior Aetnæ
Aut Lipares domus. has epulas, hæc templa, peracta
Aegide, & horrifici formatis fulminis alis
Lætus adit. contrà, Veneris stat frigida semper
Ara loco; maritas postquam dea coniugis iras
100 *Horruit, & tacitæ Martem tenuere catenæ.*
Quo circa struit illa nefas: Lemnóque merenti
Exitium furiale mouet: neque enim alma videri
Iam tum ea, cùm tereti crinem subnectitur auro
Sidereos diffusa sinus: eadem effera & ingens,
Et maculis suffecta genas, pinúmque sonantem
Virginibus Stygiis, nigrámque simillima palmam.
Iámque dies aderat Thracas qui fuderat armis:
Dux Lemni, puppes tenui contexere canna
Ausus, & inducto cratem defendere tergo:
110 *Læta mari tum signa refert: plenásque mouebant*

Armentis, nuribúsque rates & barbara vestis,
Et torques insigne loci. sonat æquore clamor:
O patria, ô variis coniunx nunc anxia curis,
Has agimus longi famulas tibi præmia belli,
Cùm dea se piceo per fudum turbida nimbo
Præcipitat; famámque vagam vestigat in vmbra:
Quam pater omnipotens digna atque indigna canentem,
Spargentémque metus; placidis regionibus arcet
Aetheris: illa fremens habitat sub nubibus imis,
120 *Non Erebi, non diua poli: terrásque fatigat*
Quas datur: audentem, primi spernúntque fouéntque:
Mox omnes agit, & motis quatit oppida linguis.
Talem diua sibi scelerísque dolíque ministram
Quærit auens. videt illa prior; idmque aduolat vltro
Impatiens: idmque ora parat; iam suscitat aures.
Hanc superincendit Venus; atque his vocibus implet:
Vade, age, ad æquoream virgo delabere Lemnon,
Et cunctas mihi verte domos: præcurrere qualis
Bella soles: cùm mille tubas, armatáque campis
130 *Agmina, & innumerûm flatus confingis equorum:*
Affore iam luxu, turpíque cupidine captos
Fare viros, cardsque thoris inducere Thressas.
Hinc tibi principia: hinc rabidas dolor vndique matres
Instimulet: mox ipsa adero, ducámque paratas.
Illa abit, & mediam gaudens defertur in vrbem:
Et primam Eurynomen ad proxima limina Codri
Occupat, exesam curis, castúmque cubile
Seruantem: manet illa viro: famulásque fatigat

140 *Litoribus: tardi reputant quæ tempora belli*
Ante thorum, & longo mulcent insomnia pensò.
Huic dea cum lacrimis, & nota veste Neæræ
» *Ista genas, Vtinam non hic tibi nuntius essem*
» *O soror: aut nostros, inquit, priùs vnda dolores*
» *Obruat: in tali quoniam tibi tempore coniunx*
» *Sic meritæ: votis quem tu fletúque requiris:*
» *Heu furit, & captæ indigno famulatur amore.*
» *Iámque aderunt: thalamísque tuis Threissa propinquat:*
» *Non fama, non arte colus, non laude pudoris*
150 *Par tibi nec magni proles præclara Dorycli:*
» *Picta manus, vstóque placet sed Barbara mento.*
» *Attamen hos tales forsan solabere casus*
» *Tu, thalamis, fatóque legens meliore penates.*
» *Me tua matris egens, damnatáque pelice proles*
» *Exanimat: quam iam miseros transuersa tuentem,*
» *Lethalésque dapes, infectáque pocula cerno.*
» *Scis sumus vt similes: flammis genus adde cruentis*
» *Quod patrium sæuire dabis: iam lacte ferino,*
» *Iam veniet durata gelu. sed me quoque pulsam*
160 *Fama viro: nostrósque thoros virgata tenebit.*
» *Et plaustro direpta nurus. sic fata, querelas*
Abscidit: & curis pauidam lacrimísque reliquit.
Transit ad Iphinoën: hisdémque Amithaonis implet,
Oleniique domum Furijs. totam inde per vrbem
Personat: vt cunctas agitent expellere Lemno:
Ipsi vrbem Thressæque regant. dolor iráque surgit:
Obuia quæque eadem retrahítque audítque neque vlli
Vana fides. tum voce deos, tum questibus implent.
170 *Oscula iamque thoris, iamque oscula postibus ipsis*
Ingeminant: lacrimísque iterum, visúque morantur:

Prosiliunt; nec tecta virûm, thalamósque reuisunt
Amplius: agglomerant sese, nudísque sub astris
Condensa fletus acuunt; ac dira precantur
Coniugia, & Stygias infanda ad fœdera tædas.
Has inter medias, Dryopes in imagine mæsta
Fleuet Venus: & sæuis ardens dea planctibus instat.
Primáque: Sarmaticas vtinam fortuna dedisset
Insedisse domos, tristésque habitasse pruinas,
180 Plaustra sequi; vel iam patriæ vidisse per ignes
Fulmen agi, stragémque deûm. nam cetera belli
Perpetimur. me ne ille nouis, me destinat amens
Seruitijs, vrbem vt fugiens natósque relinquam?
Non priùs ense manus, raptóque armabimus igne?
Dúmque silent, ducúntque noua cum cõiuge somnos,
Magnum aliquid spirabit amor? tunc ignea torquens
Lumina, præcipites excussit ab vbere natos.
Illicet arrecta mentes, cunctáque matrum
Corda; sacer Veneris gemitus rapit. æquora cuncta
190 Prospiciunt: simulántque choros; delubráque festa
Fronde tegunt; lætaque viris venientibus assunt.
Iámque domos, mensásque petunt; discumbitur altis
Porticibus: sua cuique furens festináque coniunx
Adiacet. inferni qualis sub nocte barathri
Accubat attonitum Phlegyam & Thesea iuxta
Thesiphone: sæuásque dapes & pocula libat:
Tormentigenus: & nigris amplectitur hydris.
Ipsa Venus quassans vndantem turbine pontum
200 Agglomerat tenebras: pugnæque accincta, trementem
Desilit in Lemnon: nimbísque & luce fragosa
Prosequitur polus: & tonitru pater anget honorem.
Inde nouam pauidas vocem furibunda per auras
Conge-

Congeminat: qua primus Athos, & ponthus, & ingens
Thraca palus, paritérque thoris exhorruit omnis
Mater: & astricto riguerunt vbere nati.
Accelerat pauor, & Geticis discordia demens
E stabulis, atraque genis pallentibus ira,
Et dolus, & rabies: & leti maior imago
210 *Visa truces exserta manus; vt prima vocatu*
Intonuit, signúmque dedit Mauortia coniunx.
Hic aliud Venus, & multo magis ipsa tremendum
Orsa nefas: gemitus fingit, vocésque cadentum:
Irrupítque domos: & singultantia gestans
Ora manu, tabóque sinus perfusa recenti,
Arrectásque comas: Meritos en prima reuertor
Vlta thoros: premit ecce dies, tum verbere ductas,
In thalamos agit, & cunctantibus inuenit enses.
Vnde ego tot scelerum facies, tot fata iacentum
220 *Exsequar? heu vatem monstris quibus intulit ordo?*
Quæ se aperit series? ô qui me vera canentem
Sistat, & hac nostras exsoluat imagine noctes?
Inuadunt aditus, & quondam cara suorum
Corpora: pars, vt erant, dapibus vinóque soporos;
Pars conferre manus etiam, magnísque parata
Cum facibus; quosdam insomnes & cuncta tuentes,
Sed tentare fugam, prohibétque capessere contrà
Arma metus. adeò ingentes inimica videri
230 *Diua dabat: notáque sonat vox coniuge maior.*
Tantum oculos pressere metu; velut agmina cernant
Eumenidum, ferrúmve super Bellona coruscet.
Hoc soror, hoc coniunx, propiórque hoc nata, paréns-que
Sæua valet: prensósque thoris mactátque trahítque

Fœmineum genus: immanes quos sternere Besi,
Nec Getica potuere manus, aut æquoris iræ.
His cruor in thalamis, & anhela in pectore fumant
Vulnera; séque thoris misero luctamine trunci
Deuoluunt: diras aliæ ad fastigia tædas
240 *Iniciunt, addúntque domos: pars ignibus atris*
Effugiunt propere: sed dira in limine coniunx
Obsidet, & viso repetunt incendia ferro.
Ast aliæ, Thressas labem causamque furoris
Diripiunt. mixti gemitus, clamórque precantum
Barbarus, ignotæque implebant æthera voces.
Sed tibi nunc qua digna tuis ingentibus ausis
Ora feram, decus & patriæ laus vna ruentis,
Hypsipyle? non vlla meo te carmine dictam
Abstulerint, durent Latijs modò sæcula fastis,
250 *Iliacique lares, tantíque palatia regni*
Irruerant acta, pariter nataque nurúsque:
Totaque iam sparsis exarserat insula monstris:
Illa pias armata manus, Fuge protinus vrbem
Méque pater: non hostis, ait, non mœnia læsi
Thraces habent: nostrum hoc facinus, ne quære quis auctor.
Iam fuge, iam dubiæ donum rape mentis: & ensem
Tu potius miseræ retine. tunc excipit artus,
Obnubítque caput, tacitúmque ad conscia Bacchi
Templa rapit: primóque manus à limine tendens,
260 *Exime nos sceleri pater, & miserere piorum*
Rursus, ait. tacita pauidum tunc sede locauit
Sub pedibus, dextraque dei. latet ille receptus
Veste sacra: voces chorus & trieterica reddunt
Aera sonum: fixæque fremunt in limine tygres.
Regina vt roseis auroram surgere bigis
Vidit, & insomni lassatus turbine tandem

Con-

Conticuisse domos stabilem quando optima facta
Dant animum maiórque pijs audacia cœptis:
Serta patri, iuuenísque comas, vestésque Lyæi
270 *Induit: & medium curru locat; æráque circum,*
Tympanáque & plenas tacita formidine cistas.
Ipsa sinus, hederísque ligat famularibus artus:
Pampineámque quatit ventosis ictibus hastam,
Respiciens; teneat virides velatus habenas
Vt pater, & niuea tumeant vt cornua mitra,
Et sacer vt Bacchum referat scyphus, impulit acri
Tum validas stridore fores: rapitúrque per vrbem
Talia voce canens: linque ô mi cæde madentem
Bacche domum, sine fœdatum te funere pontus
280 *Expiet; & referam lotos in templa dracones.*
Sic medios egressa metus: facit ipse verendam
Nam deus, & flatu non inscia gliscit anhelo.
Iámque senem tacitis sæua procul vrbe remotum
Occulerat siluis: ipsam sed conscius ausi
Nocte diéque pauor, fraudatáque turbat Erinnys.
Non similes iam ferre choros (semel orgia fallunt)
Audet, non patriis bustis accendere saltus:
Et fuga diuersas misero quærenda per artes.
Visuratis, sane defecta laboribus vnda,
290 *Quam Thetidis longinqua dies Glaucóque repostam*
Solibus, & canis vrebat luna pruinis:
Huc genitorem, alta per opaca silentia noctis,
Præcipitem siluis rapit: & sic mæsta profatur:
» *Quam genitor patriam? quantas modò linquis inani*
» *Puppe domos? prô dira lues, prô noctis acerbæ*
» *Exitium! talin' possum te credere puppi*
» *Care parens? possum tantis retinere periclis?*
» *Soluimus heu miserum furtis scelus, annue votis*
» *Diua, soporiferas quæ nunc trahis æquore bigas.*

300 *Non populos, non dite solum, non vlla parenti*
,, *Regna peto: patria liceat decedere terra.*
,, *Quando ego seruato mediam genitore per vrbem*
,, *Læta ferar? quando hîc lacrimas planctúsque videbo:*
Dixerat. ille procul trunca fugit anxius alno;
Taurorúmque locos, delubráque sæua Dianæ
Aduenit: hîc illum tristi dea præficis aræ
Ense dato. mora nec terris tibi longa cruentis.
Iam nemus Egeriæ, iam te ciet altus ab Alba
Iupiter, & soli non mitis, Aricia regi.
310 *Arcem nata petit, quo iam manus horrida matrum*
Congruerat; rauco fremitu sedere parentum,
Natorúmque locis: vacuæque in mœnibus vrbis
Iura nouant: donant solio, sceptrísque paternis
Vt meritam: redeúntque piæ sua præmia menti.
Ecce procul validis Lemnon tendentia remis
Arma notant: rapitur subito regina tumultu,
Consiliúmque vocat. non illis obuia tela
Ferre, nec infestos deerat furor improbus ignes:
Ni Veneris sæuas fregisset Mulciber iras.
320 *Tunc etiam vates Phœbo dilecta Polyxo.*
Non patriam, non certa genus, sed maxima Cœte
Protéque ambiguum Phariį se patris ab antris
Huc rexisse vias, iunctis super æquora phocis:
Sæpe imis se condit aquis, cunctatáque paullum
Surgit, vt auditas referens in gurgite voces:
Portum demus, ait, hæc hospita, credite, puppis
Aduenia: leuior Lemno deus æquore flexit
Huc Minyas: Venus ipsa volens dat tempora iungi,
Dum vires vtero, maternáque sufficit ætas.
330 *Dicta placent: portátque preces ad litora Grais*
Iphinoë: nec turba nocens, scelerísque recentis

Signa

Signa mouent; tollitque loci Cytherea timorem.
Protinus ingentem procerum sub nomine taurum
Deicit: insuetis & iam pia munera templis
Reddit: & hac prima Veneris calet ara iuuenca.
Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris
Fumant saxa iugis, coopertúsque vaporibus aër;
Substitit Aesonides: atque hic regina precari
» *Hortatur: caussásque docens, Hæc antra videtis,*
340 *Vulcanique, ait, ecce domos: date vina precésque,*
» *Forsitan hoc sollum taceat iam fulmen in antro;*
» *Non dabit ipsa fidem: clausæ cum murmura flammæ*
» *Hospes, & incussæ sonitum mirabere massæ.*
Mœnia tum, viresque loci, veterésque parentum
Iactat opes. medius famulæ conuiuia tectis
Expediunt: Tyrio vibrat thorus igneus ostro.
Stat mærens atauos reges, regésque maritos
Threissam inuis, quæcumque faces timuisse iugales
Credita, nec dominæ sanctum tetigisse cubile.
350 *Iam medio Aesonides, iam se regina locauit,*
Post alij proceres: sacris dum vincitur extis
Prima fames, circum pateris it Bacchus, & omnis
Aula silet: dapibus coeptis mox tempora fallunt
Noctis, & in seras durant sermonibus umbras,
Præcipuéque ducis casus mirata requirit
Hypsipyle, quæ fata trahant, quæ regis agat vis,
Aut vnde Hæmoniæ molem ratis vnius hæret
Alloquio, & blandos paullatim colligit ignes.
Iam non dura thoris, Veneri nec iniqua reuersæ.
360 *Et deus ipse moras, spatiúmque indulget amori.*
Pliada lege poli nimboso mouerat astro
Iupiter, æternum voluens opus; & simul vndis
Cuncta ruunt: vnóque dei Phangæa sub ictu,

Gargaráque,& mæsti steterant formidine luci.
Sæuior haud alio mortales tempore gentes
Torter agit:tunc urget enim,tunc flagitat iras
In populos Astræa Iouem: terrísque relictis
Inuocat assiduo Saturnia sidera questu.
Insequitur niger, & magnis cum fratribus Eurus
370 *Intonat Aegeo:tendítque ad litora pontus.*
Et lunam quarto densam videt imbribus ortu
Thespiades,longus cœptis & fluctibus arcet
Quem metus, vsque nouos diuæ melioris ad ignes.
Vrbe sedent læti Minyæ, viduísque vacantes
Indulgent thalamis:nimbósque educere luxu:
Nec iam velle vias:Zephyrósque audire vocantes
Dissimulant: donec resides Tyrinthius Heros
Non tulit,ipse rati inuigilans atque integer,vrbis
Inuidisse deos tantum maris æquor adortis,
380 *Desertásque domos,fraudatáque tempore segni*
Vota patrum: quid & ipse viris cunctantibus assit?
» *O miseri,quicunque tuis accessimus actis:*
» *Phasin & Aeeten, Scythicique pericula ponti,*
» *Redde,ait, Aesonide: me tecum solus in æquor*
» *Rerum traxit amor, dum spes mihi sistere montes*
» *Cyaneos,vigilémque alium spoliare draconem,*
» *Si sedet Aegæi scopulos habitare profundi:*
» *Hoc mecum Telamon peraget meus, hæc vbi dicta:*
Haud secus Aesonides monitis accensus amaris,
390 *Quàm bellator equus,longa quem frigida pace*
Terra iuuat breuis:in læuos piger angitur orbes:
Frena tamen dominúmque velit:si Martius aures
Clamor,& obliti rursus fragor impleat æris.
Tunc Argum,Tiphymque vocat:pelagóque parari
Præcipitat,petit ingenti clamore magister

Arma, viros, pariter sparsósque in litore remos.
Exoritur nouus vrbe dolor, planctusque per omnes
Et facies antiqua domos, sibi mœnia linqui
En iterum: & quando natorum tempora gentem
400 *Qui recolant, qui sceptra gerant? nunc triste nefan-*
da
Noctis opus: vidui nunc illa silentia tecti.
Sæuit amor, thalamos excussáque vincla quod ausa
Imbuere, atque iterum tales ammittere curas:
Ipsa quoque Hypsipyle subitos per litora cursus
Vt vidit, totáque viros decedere Lemno:
Ingemit, & tali compellat Iasona questu:
„ *Iamne placet primo deducere vela sereno*
„ *Carius ô mihi patre caput? modò sæua quierunt*
„ *Æquora? sic portus fugeret ratis, aspera si te*
410 *Plias in aduersæ tenuisset litore Thraces?*
„ *Ergo moras cœlo cursúmque tenentibus vndis*
„ *Debuimus, dixit lacrimans: hæsuráque caro*
„ *Dona duci, promit clamidem, textósque labores.*
„ *Illic seruati genitoris conscia sacra*
„ *Pressit acu, currúsque pios: stant sæua parentum*
„ *Agmina, dántque locum: viridis circum horrida tela*
„ *Silua tremit: mediis refugit pater anxius vmbris.*
„ *Pars & frondosa raptus expresserat Ida,*
„ *Illustrémque fugam pueri: mox æthere lætus*
420 *Astabat mensis: quin & Iouis armiger, ipsa*
„ *Accipit à Phrygio iam pocula blanda ministro.*
„ *Tunc ensem, notúmque ferens insigne Thoantis,*
„ *Accipe, ait, bellis mediaque vt puluere pugna*
„ *Sim comes, Ætnæi genitor quæ flammea gessit*
„ *Dona Dei, nunc digna tuis adiungier armis.*
„ *I, memor, i terræ, quæ vos amplexa quieto*
„ *Prima sinu: refer & domitis à Colchidos oris*

„ Vela,per hunc,vtero quem linquis Iasona nostro.
„ Sic ait,Hæmonij labens in colla mariti.
430 Nec minus Orphea tristis ceruice,tuáque
Æacide,& gemino coniunx à Castore pendet.
Has inter lacrimas legitur piger vncus harenis:
Iam remi rapuere ratem,iam flamina portant:
Spumea subsequitur fugientis semita claui.
Tunc tenuis Lemnos:transitque Electria tellus
Threïcijs arcana sacris:hîc numinis ingens
Horror,& incautis decreta piacula linguis.
Hanc demissa Ioui non vnquam lædere flatu
Audet hiems:sponte ipse deus tunc asperat vndas,
440 Cùm vetat infidos sua litora tangere nautas.
Obuius at Minyas,terris aduisque sacerdos,
Excipit,hospitibus reserans secreta Thyotes.
Hactenus in populos,vates,Samothraca,diémque
Missa:mane:sacrísque metum ferre meus operiis.
Illi sole nouo læti,plenique deorum
Considunt transtris.iam quas præuiderat vrbes
Nauita,condebat:proraque accesserat Imbros:
Et Sol ætherias medius conscenderat arces.
Thessala Dardaniis tunc primùm puppis harenis
450 Appulit,& fatis Sigæo litore sedit.
Desiliunt:pars hinc leuibus candentia velis
Castra leuat:tracto pars frangit adorea saxo
Farra:citum strictis alius de cautibus ignem
Ostendit foliis,& sulfure pascit amico.
Alcides Telamónque comes,dum litora blando
Anfractu sinuosa legunt:vox attigit aures
Flebile succedens cùm fracta remurmurat vnda.
Attoniti pressere gradum:vaculúmque sequuntur
Vocis iter:iam certa sonat,desertáque dura
460 Virgo neci.quem non hominũ superûmque vocabat?
Acrius

Acrius hoc instare viri:succurrere certi.
Qualiter,impleuit gemitu cùm taurus acerbo
Ania,frangentem morsu super alta leonem .
Terga ferens:coit è sparso concita mapali
Agrestum manus,& caco clamore coloni.
Constitit Alcides:visúque enisus,in alta
Rupe,truces manicas,defectáque virginis ora
Cernit,& ad primos surgentia lumina fluctu.
Exanimum veluti multa tamen arte coactum;
470 *Meret ebur,Pariúsve notas & nomina sumit*
Cùm lapis:aut liquidi referunt miranda colores.
Ductor ait:Quod,virgo,tibi noméoque genúsque.
Quæ mors ista,doce,tendunt cur vincula palmas.
Illa tremens,tristíque oculos deiecta pudore,
„ *Non ego digna malis,inquit:suprema parentum*
„ *Dona vides,ostro scopulos,auróque frequentes.*
„ *Nos Ili veteris quondam genus:inuida donec*
„ *Laomedontæos fugeret fortuna penates.*
„ *Principio,morbi calóque exacta fereno*
480 *Temperies:arsere regis certantibus agri:*
„ *Cùm subitus fragor,& fluctus Idæa mouentes*
„ *Cum stabulis nemora:ecce,repens consurgere ponto*
„ *Bellua,monstrum ingens : hanc tu nec mõtibus vllis,*
„ *Nec nostro metire mari:primæuaq furenti*
„ *Huic manus , amplexus inter , planctúsque parentum*
„ *Deditur.hoc sortes, hoc corniger imperat Hammon*
„ *Virgineam damnare animam,sortitáque Lethen*
„ *Corpora:crudelis scopulis me destinat vrna.*
„ *Verùm ô iam redeunt Phrygibus si numina,túque*
790 *Ille ades auguriis promisse, & sorte deorum:*
„ *Iam cui candentes votiuo in gramine pascit*
„ *Cornipedes genitor,nostra stata dona salutis,*

„ *Annue:méque precor, defectáque Pergama mon-*
„ *stris*
„ *Eripe:namque potes:neque enim tam lata videbam*
„ *Pectora, Neptunus muros cùm iungeret astris:*
„ *Nec tales humeros, pharetramque gerebat Apollo.*
„ *Auxerat hæc locus, & facies mœstißima capti*
„ *Litoris, & tumuli, cælúmque quod incubat vrbi:*
„ *Quale laborantis Nemees iter, aut Erymanthi*
500 *Vidit, & infectæ miseratus flumina Lernæ.*
Dat procul intereà signum Neptunus: & vnà
Monstriferi mugire sinus: Sigæaque pestis
Agglomerare fretum: cuius stellantia glauca
Lumina nube tremunt, atque ordine curua trisulco
Fulmineus quatit ora fragor: pelagóque remenso
Cauda redit, passósque sinus rapit ardua ceruix.
Illam incumbentem per mille volumina pontus
Prosequitur lateri assultans: trepidísque ruentem
Litoribus sua cogit hiems. non fluctibus æquis
510 *Nubiferi venit vnda Noti, non Africus alto*
Tantus ouat, patriísque manus cùm plenus habenis
Orion bipedum flatu mare tollit equorum.
Ecce ducem placitæ Furiis crudescere pugnæ
Surgentémque thoris stupet, immanémque paratu
Aeacides: pulséntque graues vt terga pharetræ.
Ille patrem, pelagíque deos, suaque arma precatus,
Insiluit scopulo: motúmque e sedibus æquor:
Horruit & celsi spatiosa volumina monstri.
Qualis vbi à gelidi Boreas conuallibus Hebri
520 *Tollitur, & volucres Riphæa per ardua nubes*
Præcipitat: piceo nec dum tenet omnia cælo.
Ille simul molem horrificam, scopulosaque terga
Promouet, ingentíque vmbra subit: intremere Ida
Illadique rates, pronéque resurgere turres.

Occupat Alcides arcum, totaque pharetræ
Nube premit. non illa magis, quàm sede mouetur
Magnus Eryx, deferre velint quē vallibus imbres.
Iam breuis, & telo volucri non vtilis aër.
Tum verò fremitus, vanique insania cœpti,
530 *Et tacitus pudor, & rursus pallescere virgo.*
Proicit arma manu, scopulos vicináque saxa
Respicit: & quantum ventis adiuta vetustas
Impulerit, pontíve fragor, tantum abscidit imi
Concutiens à sede maris. iamque agmine toto
Pistris adest, miseraque inhiat iam proxima præda.
Stat mediis elatus aquis, recipitque ruentem
Alcides: saxóque prior surgentia colla
Obruit: hinc vastos nodosi roboris ictus
Congeminat. fluctus defertur bellua in imos,
540 *Iam totis resoluta vadis. Idæaque mater*
Et choris, & summis vlularunt collibus amnes.
Protinus è scopulis, & opaca valle resurgunt
Pastores, magnísque petunt clamoribus vrbem.
Nuntius hinc socios Telamon vocat: ac simul ipsi
Horrescunt, subitóque vident in sanguine puppem.
Nec minus in scopulos, crudúque cacumina saxi
Emicat Alcides, vinclísque tenentibus aufert
Virgineas de rupe manus: aptatque superbis
Arma humeris: regem inde petens superabat ouāte
550 *Litora tuta gradu. qualis per pascua victor*
Ingreditur, cùm colla tumens, cum celsior artus
Taurus, vbi assueti pecoris stabula alta reuisit,
Et patrium nemus, & bello quos vicit amores.
Obuia cui contra longis omissa tenebris
Turba Phrygum: paruúmque trahens cum coniuge natum
Laomedon: iam mæstus equos, iam debita posci

Dona gemit, pars aërij fastigia muri
Cingit, & ignotis iuuenem mirantur in armis.
Illum torua tuens, atque acri lubricus astu
560 *Rex subit, & patrio fatur malè latus amore:*
„ *Maximè Graiugenûm, quem non Sigaa petentem*
„ *Litora, nec nostra miserantem funera Troia*
„ *Appulit his fors ipsa locis: si vera parentem*
„ *Fama Iouem, summique tibi genus esse Tonantis:*
„ *Noster ades, iunctúsque venis: sator vnus, & idem*
„ *Stirpis honos, quanquam longis disiungimur oris.*
„ *Quot mihi post lacrimas, post quanta piacula patrũ*
„ *Serus ades? quàm parua tuis iam gloria factis?*
„ *Verùm, age, nunc socios fraternis mœnibus infer,*
570 *Vt tibi, seruata statui quæ munera prole,*
Crastina lux biiuges stabulis ostendat apertis.
Dixerat hac: tacitúsque dolos, dirúmque volutat
Corde nefas, clausum vt thalamis somnóque grauatũ
Immolet, ereptáque luat responsa pharetra:
Namque bis Herculeis deberi Pergama telis
Audierat. Priami sed quis iam vertere regnis
Fata queat? manet inmotis nox Dorica lustris,
Et genus Æneadûm, & Troia melioris honores.
Nos, ait, ad Scythici, Tirynthius, hostia ponti
580 *Raptat iter: mox huc vestras reuehemur ad oras,*
Donáque dicta feram: tum verò plura vocatis
Annuet ille dies. promissa infida tyranni
Iam Phryges, & miseræ fiebant discrimina Troia.
Funditur hinc totis in noctem carbasus alis:
Litoráque, & veteres tumulos pralabitur Ili,
Dardaniúmque patrem: vigili simul omnia ludo
Festa vident. hinc vnda, sacris hinc ignibus Idæ
Vibrat, & horrisona respondent Gargara buxo.
Inde vbi iam medij tenuere silentia ponti,

Striden-

590 *Stridentésque iuuant auræ: Phryxæa subibant*
Æquora, & angustas quondam sine nomine fauces.
Ecce autem prima volucrem sub luce dehiscens
Terruit vnda ratem: vitatáque constitit Helle,
Iam Panopes, Tethidísque soror: iámque aurea læua
Sceptra tenens: tum sternit aquas, procerésque ducémque
Aspicit, & placidis compellat Iasona dictis:
,, *Te quoque ab Hæmoniis ignota per æquora terris,*
,, *Regna infesta domus, fatísque simillima nostris*
,, *Fata ferunt: iterum Æolios fortuna penates*
600 *Spargit, & infelix Scythicum gens quæritis amnem.*
,, *Vasta super tellus longum, ne desice cœptis,*
,, *Æquor: & ipse procul, verum dabit ostia Phasis.*
,, *Hîc nemus arcanum: geminæque virentibus aræ*
,, *Stant tumulis: celeres hîc prima piacula Phryxo*
,, *Ferte manu: cinerique precor mea reddite dicta:*
,, *Non ego per Stygias, quod rere, silentia ripæ*
,, *Frater agor: frustra vacui scrutari auerni*
,, *Care vias: neque enim scopulis me & fluctibus actam*
,, *Frangit hiems: celeri ex templo subiere ruentem*
610 *Cymothoe, Glaucúsque manu: pater ipse profundi*
,, *Has etiam sedes, hæc numine tradidit æquo*
,, *Regna: nec Inois noster sinus inuidet vndis.*
,, *Dixerat, & mæstos tranquilla sub æquora vultus*
Cum gemitu tulit, vt patrij rediere dolores.
Tum pelago vina inuergens dux talibus infit:
Vndarum decus, & gentis Cretheïa virgo,
Pande viam, cursúsque tuos age diua secundo.
Immittítque ratem, mediásque interuolat vrbes,
Qua breuibus furit æstus aquis: Asiámque prementem

620 Effugitque abruptis Europa inmanior oris.
Has etiam terras,consertaque gentibus arua,
Sic pelago pulsante,reor,Neptunia quondam
Cuspis,& aduersi longus labor abscidit æui:
Vt Siculum Libycúmque latus: stupuitque fragorem
Ianus,& occiduis regnator montibus Atlas.
Iam iuga Percotes,Pariúmque infame fragosis
Exsuperant Pythiamque vadis, transmissaq; puppi
Lansacus:Ogygij quam nec trieterica Bacchi
Sacra,neque arcanis Phrygius furor inuehit antris,
630 Sed suus in Venerem raptat deus. illius aras
Vrbe super,celsíque vident velamina templi.
Rarior hinc tellus,atque ingens vndique cælum,
Rursus & incipiens alium prospectus in orbem.
Terra sinu medio pontum iacet inter & Hellen
Ceu fundo prolata maris:namque improba cæcis
Intulit arua vadis,longóque sub æquora dorso
Litus agit.tenet hinc veterem consinibus oris
Pars Phrygiam, pars discreti iuga pinea montis,
Nec procul,ad tenuis surgit confinia ponti
640 Vrbs placidis demissa iugis:rex diuitis agri
Cyzicus:Hæmoniæ qui tum noua signa carinæ
Vt videt, ipse vltro primas procurrit ad vndas,
Miratúrque viros,dextraque amplexus,& hærens,
» Incipit:O terris nunc primùm cognita nostris
» Aemathiæ manus,& fama mihi maior imago.
» Non tamen hæc adeò semota, neque ardua tellus,
» Longaque iam populis imperuia lucis Eoæ:
» Cùm tales intrasse duces,tot robora cerno.
» Nam licet hinc sæuas tellus alat horrida gentes,
650 Méque fremens tumido circumfluat ore Propontis,
» Vestra fides,ritúsque pares,& mitia cultu
» His etiam mihi corda locis. procul effera virtus
Bebri

„ *Bebricis,& Scythici procul inclementia sacri.*
Sic memorat:latósque rapit:simul hospita pandi
Tecta iubet,templisque sacros largitur honores.
Stant gemmis auróque thori,mensaque paratu
Regifico:centúmque pares primaua ministri
Corpora:pars epulas manibus,pars aurea gestant
Pocula,bellorum casus expressa recentum.
660 *Atque ea prima duci porgens carchesia Graio*
Cyzicus,Hic portus,inquit,mihi territat hostis:
Has acies sub nocte refert:hac versa Pelasgûm
Terga vides:meus hic ratibus qui pascitur ignis.
» *Subicit Æsonides:vtinam nunc ira Pelasgos*
» *Efferat,& solitis tentent concurrere furtis:*
» *Cunctáque se ratibus fundat manus:arma videbis*
» *Hospita,nec post hanc vltra tibi prœlia noctem.*
Sic ait,hásque inter variis nox plurima dictis
Rapta vices,nec non simili lux postera tractu,

D

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON

LIBER III.

TERTIA *iam gelidas Tithonia soluerat vmbras,*
Exuerátque polum: Tiphyn placida alta vocabant:
It tectis Argoa manus: simul vrbe profusi
Æneadæ, caris sociûm digressibus hærent.
Dat Cererem, lectúmque pecus: nec palmite Bacchum
Bithyno Phrygióve satum: sed quem sua noto
Colle, per angusta Lesbos freta fuggerit Helles.
Ipse agit Æsonida iunctos ad litora gressus
Cyzicus abscessu lacrimans: cui tradit amicis
10 *Muneribus, primas coniunx Percosia vestes*
Quas dabat, & picto Clyte variauerat auro.
Tum galeam, & patria telum insuperabile dextra
Addidit: ipse ducis pateras, & Thessala contrà
Frena capit, manibúsque datis iunxere nepotes.
Tu mihi nunc causas, infandáque prœlia Clio
Pande virûm: tibi enim superûm data virgo facultas
Nosse animos, rerúmque vias: cur talia passus
Arma: quid hospitiis iunctas concurrere dextras
Iupiter: vnde tuba, nocturnáque mouit Erinnys.

Dindyma

20 *Dindyma sanguineis famulûm Bacchata lacertis,*
Dum volucri quatit asper equo, filuásque fatigat
Cyzicus, ingenti prædæ deceptus amore:
Assuetum Phrygias dominam vectare per vrbes,
Oppressit iaculo redeuntem ad frena leonem.
Et nunc ille, iubas, captiuáque postibus ora
Imposuit, spolium infelix, diuæque pudendum.
Quæ postquã Hæmoniam, tantæ non immemor iræ;
Ærisono de monte ratem, præfixáque regum
Scuta videt: noua monstra viro, noua funera voluit:
30 *Vt socias in nocte manus, vtque impia bella*
Conserat: & sæuis erroribus implicet vrbem.
Nox erat, & leni canebant æquora sulco:
Et iam prona leues spargebant sidera somnos:
Aura vehit: religant tonsas: velo Proconesson,
Et te iam medio flauentem Rhyndace ponto,
Spumosúmque legunt fracta Scyllaceon vnda.
Ipse diem longè, Solísque cubilia Tiphys
Consulit: ipse ratem vento stellísque ministrat,
Atque illum non antè sopor luctamine tanto
40 *Lenit agens diuûm imperiis: cadit inscia clauo*
Dextera, dimittítque oculos: resolutáque puppis
Turbine flectit iter, portúque refertur amico.
Vt notis allapsa vadis, dant æthere longo
Signa tubæ: vox & mediis emissa tenebris:
Hostis habet portus: soluti rediere Pelasgi.
Rupta quies: deus ancipitem lymphauerat vrbem
Mygdonia Pan iussa ferens sæuissima matris,
Pan nemorum bellique potens: quem lucis ad ortum
Antra tenent: patet ad medias per deuia noctes
50 *Setigerum latus, & torua coma sibila frontis.*
Vox omnes super vna tubas, qua conus & enses,
Qua trepidis auriga rotis, nocturnáque muris

Claustra cadunt:taléſque metus non Martia caſſis,
Eumenidúmque comæ,non triſtis ab æthere Gorgon
Sparſerit:aut tantis aciem raptauerit vmbris.
Ludus & ille deo:pauidum præſepibus aufert
Cùm pecus,& profugi ſternunt dumeta iuuenci.
Ilicet ad regem clamor ruit.exſilit,altis
Somnia dira thoris,ſimulacráque pallida linquens
60 *Cyzicus.ecce ſuper foribus Bellona recluſis,*
Nuda latus,paſſúque mouens oricalca ſonoro,
Aſtitit,& triplici pulſans faſtigia criſta,
Inde ciere virum:ſequitur per mœnia demens
Ille deam,& fatis extrema in prœlia tendit.
Qualis in Alciden & Theſea,Rhetus iniqui
Nube meri,geminam Pholoën,maiorâque cernens
Aſtra ruit:qualiſue redit venatibus actis,
Luſtra pater Triuiámque canens:humeróque Learchum
Aduehit:at miseræ declinant lumina Thebæ.
70 *Idinque adeò nec porta ducem,nec pone moratur*
Excubias ſortita manus:quæ prima,furenti
Aduolat:hinc alij ſubeunt,vt proxima quæque
Intremuit domus,& motus accepit inanes.
At Minyas anceps fixit pauor.ægra virorum
Corda labant:nec quæ regio,aut diſcrimina,cernũt:
Cur galeæ clypeíque micent:num peruigil armis
Hoſtis,& exciti dent obuia prœlia Colchi.
Donec & haſta volans inmani turbine,tranſtris
Inſonuit:monuítque ratem,rapere obuia cæca
80 *Arma manu.princeps galeam conſtringit Iaſon,*
Vociferans:primam hanc nati pater accipe pugnã
Vóſque viri optatos huc afore credite Colchos.
Biſtonas in medios ceu Martius exſilit aſtris
Currus:vbi ingentes animæ clamórque tubæque

Sanguineæ iuuere deum. non segnius ille
Occupat arua furens: sequitur vis omnis Achiuûm:
Agglomerant latera: & densis thoracibus horrent.
Stat manus: agitsono quam nec fera pectore virgo
Dispulerit, nec dextra Iouis, terrórque pauórque
90 *Martis equi. sic contextis vmbonibus vrgent:*
Cæruleo veluti cùm Iupiter agmine nubem
Constituit: certant Zephyri, frustráque rigentem
Pulsat vtrimque Notus: pendent mortalia longo
Corda metu: quibus illa fretis: quibus incidat arnis.
Hinc manus infelix, clamore impellere magno
Saxa, facésque atras, & torta pondera fundæ:
Fert sonitus inmota phalanx: iráque retentant,
Congeries dum prima fluat: stellantia Mopsus
Tegmina, & ingentem Coryti notat Eurytus vmbram.
200 *Restitit ille gradu: seséque à lumine ferri*
Sustinuit preceps: subitum ceu pastor ad amnem
Spumantem nimbis, fluctúque arbusta ruentem.
At Tydeus, En intentis quem viribus, inquit,
Opperiar: manibúsque dari quem comminus optem:
Quo steteris moriere loco subit ilia cuspis
Olenij: dedit ille sonum: compressáque mandens
Æquora, purpuream singultibus expulit hastam.
Ac velut in medio rupes latet horrida ponto.
Quam super, ignari numquàm rexere magistri
210 *Præcipites impunè rates: sic agmine cæco*
Incurrit strictis manus ensibus. occubat Iron,
Et Cotys, & Pirno melior genitore Bienor.
At magis intereà diuerso turbida motu
Vrbs agitur. Geniso coniunx amouerat arma:
Ast illi subitus ventis, viuóque reluxit
Torre focus: telis gaudes miserande repertis.

Linquit & vndantes mensas, infectáque pernox
Sacra Medon: clamis imbelli circumuenit ostro
Torta manum: strictóque vias præfulgurat ense.
120 *Talis in arma ruit: nec vina dapésque remota:*
Státque loco thorus: in quo (omen) mansere ministri.
Inde vagi, nec tela modis, nec casibus hisdem
Conseruere manu, & longè iacuere peremti.
Ecce grauem nodis, pinguíque bitumine quassans
Lampada, turbata Phlegias decurrit ab arce:
Ille leues de more manus, aciémque Pelasgûm
Per noctem remeasse ratus: pulsúmque requirens
Sæpe sibi vano Thamyrum clamore petebat
Arduus, & latè fumanti nube coruscus.
130 *Quantus vbi inmenso prospexit ab æthere Typhon,*
Igne simul ventísque rubens: quem Iupiter altè
Crine tenet: trepidant diro sub lumine puppes,
Tollitur hinc, totúsque ruit Tirynthius arcu,
Pectore certa regens aduersa spicula flamma,
Per piceos accensa globos: & pectus harundo
Per medium contenta fugit. ruit ille comanti
Ore facem supra, maiórque apparuit ignis.
Ambrosium Peleus, ingentem Ancæus Ethelum
Sternit: & elatæ propius succedere dextra
140 *Teleconta finit: delicatáque ora securi*
Disiecit ceruice tenus. simul aspera victor
Cingula, sublustri vibrantia detrahit vmbra.
Has precor exuuias, ô prima cadauera, nostro
Linquite, ait, ferro: potius mihi dextera ferro
Gnauet opus; prensúmque manu detruncat Amastrum:
Diuersásque simul socios inuadere turmas
Ammonuit. pergunt rupta testudine fusi:
Qua tenebræ campíque ferunt: grauis inuenit Ochũ

Phlias

Phlias,& trepido Pollux impingitur Hebro.
150 *Ipse super vultus,tabóque labantia terga,*
Dux,campi Martísque potens(vt cæca profundo
Currit hiems)Zelen,& Broten,Abarímq; relinquit
Semineces:Glaucum sequitur,Glaucúmque ruentem
Occupat,& iugulo vulnus molitur aperto.
Ille manu contrà telum tenet:vltima frustra
Verba ciens:fixamque videt decrescere cornum.
Hinc Halyn: hinc rigido transcurrens demetit ense
Prothin:& insignem cithara cantúque fluenti
Dorcea:qui dulci festis assistere mensis
160 *Pelline,Bistonia magnum post ausus alumnum.*
Nec pharetram,aut acres vltra Tirynthius arcus
Exercet.socia sed disicit agmina claua.
Ac veluti magna iuuenum cum densa securi
Silua labat:cuneísque gemit graue robur adactis:
Iamque abies,piceaque ruunt:sic dura sub ictu
Ossa virûm,maleque sonant,sparsúsque cerebro
Albet ager.leuis ante pedes subsederat Idmon:
Occupat os barbamque viri,clauamque supernè
» *Intonat:Occumbens i nunc,ait,Herculis armis:*
170 *Donum ingens,sempérque tuis mirabile fatis.*
» *Horruit ille cadens:noménque agnouit amicum,*
» *Primus,& ignaris dirum scelus attulit vmbris.*
Nec tibi,Thessalicos tunc profuit,Ornyte,reges
Hospitiis,aut mente moras fouisse benigna:
Et laribus sacrasse diem:procul aduenit Idmon,
Oblatúmque ferit:galeam cristásque rubentes
Heu tua dona gerens.quem te, qualémque videbit
Attonitus Crenęe parens? en frigidus orbes
Purpureos iam somnus obit:iam candor & anni
180 *Deficiunt:vitaque fugit decus omne soluta.*
Desere nunc nemus,& Nympharum durus amores.

At diuersa Sagen turbantem, fallere neruo
Tum primùm puer ausus Hylas: spes maxima bellis
Pulcher Hylas, si fata sinant, si prospera Iuno,
Prostrauitque virum celeri per pectora telo.
Accessere (nefas) tenebris fallacibus acti
Tyndaridæ in sese: Castor priùs ibat in ictus
Nescius: ast illos noua lux, subitúsque diremit
Frontis apex. tum Castor Itym: qua cærulus ambit
190 *Balteus, & gemini committunt ora dracones:*
Frater Hagen, Tapsúmque, securigerúmque Nealcem
Transfigit, & Canthi pallentem vulnere Cydrum.
Torserat hic totis conisus viribus hastam,
Venatori Erymo: breuis hanc sed fata ferentem
Prodidit: & piceo comitem miserata refulsit
Luna polo: cessere iubæ: raptúmque per auras
Vulnus: & extrema sonuit cita casside cuspis.
Niseum Telamon, & Ophelten vana sonantem:
Per clypei cedentis opus, partémque trilicem,
200 *Qua stomachi secreta: ferit: latúsque profatur:*
" *Di, precor, hunc regem, aut æquè delegerit alta*
" *Fors mihi gente satum: magnúsque & flebilis vrbi*
Cõciderit. super addit Aren, fratrémque Melanthũ,
Phoceáque Oleuiden, Lelegum qui pulsus ab oris,
Regis amicitiam, & famuli propioris honores,
Quà patiens non arte tulit? nox alta cadentum
Ingentes donat sonitus, augétque ruinas.
Vt magis Inarime, magis vt mugitor anhelat
Vesuius, attonitas acer cùm suscitat vrbes:
210 *Sic pugnæ crudescit opus. neque enim ignea cedunt*
Astra loco: lentis hæret nox conscia bigis.
Perge, age, Tartareæ mecum simul omnia noctis.
Musa sequi. Trepidam Phaëton afflauit ab alto
Tesiphonen:

Tesiphonem; grauiórque locos iam luce propinqua
Vmbra premit: non signa virûm, non funera cernunt:
Et rabie magis ora calent. vos prodita diuæ:
Eumenidum noctísque globos; vatique patescat
Armorum fragor, & tepidi singultibus agri
Labentum, atque acti Minyis per litora manes.
220 *Cyzicus hic aciem vanis discursibus implet*
Fata trahens; iam pulsa sibi cessisse Pelasgûm
Agmina: iam passim vacuos disiecta per agros
Credit ouans. tales aditus, ea gaudia fingit
Ira deûm. fundo veluti tum Cœcus in imo,
Vincula Iouis, fractóque trahens adamante catenas,
Saturnum, Tityúmque vocat; spémque ætheris amens
Concipit: ast illum fluuius, & nocte remensa,
Eumenidum canis, & sparsa iuba reppulit hydra.
Sæuit acerba fremens; tardúmque à mœnibus agmen
230 *Increpitat: Numquámne dolor virtute subibit*
» *Nil ausas sine rege manus? at Barbara buxus*
» *Si vocet, & motis vlulantia Dindyma sacris;*
» *Tunc ensis, placeátque furor: modò tela sacerdos*
» *Porrigat, & iusta sanguis exuberet vrna.*
Talibus insultans, iamdudum numine diua
Deficit: infracti languescunt frigore cursus:
Corda pauent; audit fremitus, irásque leonum;
Cornuáque, & motas videt inter nubila turres.
Tunc grauis, & certo tendens stridore per vmbras,
240 *Æsonij venit hasta ducis; latúmque sub imo*
Pectore rumpit iter. quàm nunc incognita vellet
Lustra sibi, nullósque datos venatibus annos?
Talia magnanimi diuersa turbine fundunt
Tela viri: sonitúsque pedum, suspectáque motu

Explorant: prensant socios, vocémque reposcunt.
Quòd si tanta Iouis seros durasset in ortus,
Exstinctum genus, & sola per mœnia matres
Vidisset, stratámque dies in litore gentem.
Tum pater omnipotens, tempus iam rege peremto
250 *Flectere fata ratus, miserásque abrumpere pugnas:*
Supremam celerauit opem: nutúque sereno
Intonuit, quem nocte satæ, quem turbidus horret
Armipotens. tunc porta trucis coit infera belli.
Continuo dant terga metu: versíque per agros
Diffugiunt: quæ sola salus: nec terga ruentum
Mens Minyis conuersa sequi. stetit anxia virtus.
Ecce leui primo iam sparsere lumine portus
Orta dies: notæque (nefas) albescere turres:
Di maris, attonito conclamat ab agmine Tiphys,
260 *Vt mea fatali damnastis pectora somno!*
Heu socij quantis complerunt litora monstris!
Illi autem neque adhuc gemitus, neque conscia facti
Ora leuant: tenet exsangues rigor horridus artus.
Ceu pauet ad crines, & tristia Pentheos ora
Thyas: vbi impulsæ iam se deus agmine matris
Abstulit, & cæsi vanescunt cornua tauri.
Nec minus effusi grandæuum ad litora vulgus,
Vt socias videre manus: dare versa retrorsus
Terga metu: dextram tendens proclamat Iason:
270 *Quò fugitis? vellem hac equidem me strage, meósque*
» *Procubuisse magis, deus hæc, deus asper vtrísque*
» *Implicuit. sumus heu Minyæ, sumus hospita turba.*
» *Cur etiam flammas, miserósque moramur honores?*
Tum super exsangues conferta cædis aceruos
Præcipiti plangore ruunt. agnoscit in alta
Strage virûm, sua texta parens, sua munera coniunx.

It gemitus toto sinuosa per æquora cælo.
Pars tenuis flatus, & adhuc stridentia prensant
Vulnera: pars sera componunt lumina dextra.
280 *At verò in medius exsangui rege reperto*
Aggeribus, tristi sileant ceu cætera planctu:
Sic famulûm matrúmque dolor, sic omnis ad vnum
Versa manus, circa lacrimis ac mentibus ægri
Stant Minyæ: deflentque nefas, & cuspidis ictus
Æsoniæ, sortémque ducis solantur acerbam.
Ille vbi concretos pingui iam sanguine crines,
Pallentésque genas, infractáque pectore caro
Tela; neque hesternos agnouit in hospite vultus:
Ingemit, atque artus fatur complexus amicos:
290 *Te tamen ignarum tanti miserande furoris*
» *Nox habet, & nullo testantem fœdera questu:*
» *At mihi luctificum venit iubar, en quibus assum*
» *Colloquiis? cui me hospitio fortuna reuexit?*
» *Exstingui ne mea (fatis hoc defuit vnum)*
» *Sperauit te posse manu? tabulisve reliqui*
» *Has ego amice domos? quod si iam bella manebant;*
» *Et placitum hoc superis: nõne hæc mea iustius essent*
» *Funera? méque tuus potius nunc plangeret error?*
» *Nec Clarij nunc antra dei, quercúsque tonantis*
300 *Arguerem? taléſne acies, taléſque triumphos*
» *Sorte dabant? tantúmque nefas mens conscia vatum*
» *Conticuit, patriæ exitium crudele senectæ,*
» *Et tot acerba canens? heu diuis visa sinistris*
» *Regna mihi. quinam reditus, quæ me hospita tellus*
» *Accipiet? quæ non primis cohibebit harenis?*
» *Inuidere dei, ne Phasidis arua remoti*
» *Et Scythicas populatus opes, hac rursus adirem*
» *Litora; néve tuos iram tunc vltor in hostes.*
» *Fas tamen est conferre genas, fas iungere tecum*

310 *Pectora: & exsangues miscere amplexibus artus.*
» *Vos, age, funereas ad litora voluite siluas,*
» *Et socios lustrate rogos; date debita casis*
» *Munera quæ nostro misisset Cyzicus igni.*
Parte alia, Clite laceras super ora mariti
Fusa comas, misera in planctus vocat agmina matrum;
» *Fatur & hæc: primis coniunx ereptus in annis*
» *Cuncta trahis, nec dum suboles, nec gaudia de te*
» *Vlla mihi; quis mesta tuos nunc optime casus*
» *Perpeterer; tenui luctum solamine fallens.*
320 *Migdonis arma patrem, funestáque prælia nuper*
» *Natales rapuere domos; Triuiaque potentis*
» *Occidit arcana genitrix absumpta sagitta:*
» *Tu mihi qui coniunx pariter fraterque paréns que*
» *Solus, & à prima fueras spes vna iuuenta,*
» *Deseris heu: totámque deus simul impulit vrbem.*
» *Ast ego non media te saltem Cyzice vidi*
» *Tendentem mihi morte manus: aut vlla monentis*
» *Verba tuli: quin & thalamis modò questa morari,*
» *Heu talem tantíque metus secura recepi.*
330 *Illam vix gemino mærens cum Castore Pollux*
Erigit herentem, compressáque colla trahentem.
Intereà innumeras nudatis montibus vrgent
Certatim, decorántque pyras: & corpora mæsti
Summa locant: vadit sonipes ceruice remissa:
Venatrix nec turba canum pecudúmque morantur:
Funerea quæ cuique manus, quæ cura suorum,
Quæ fortuna fuit, medio rex aggere longè
Eminet: hunc crebris quatiens singultibus ora
Alleuat Aesonides, celsóque reponit in ostro.
340 *Dat pictas auro atque ardentes murice vestes,*
Quas rapuit telis festina vocantibus Austris

Hypsi-

Hypside: galeam dilectáque cingula regni
Incit: ille suam vultus conuersus ad vrbem,
Sceptra manu veterum retinet gestamen auorum.
Nam quia nec proles, alius nec denique sanguis:
Ipse decus regníque refert insigne paterni.
Inde ter armos Minyis referentibus orbes,
Concussi tremuere rogi: ter inhorruit æther,
Luctificum clangente tuba: tecere supremo
350 *Cum clamore faces, rerum labor omnis in auras*
Soluitur, & celsis collucent æquora flammis.
Scilicet hæc illo, iuuenem, populósque manebant
Tempore: Peliacis caderet cum montibus arbor:
Hoc volucrúmque minæ, præsagáque fulmina longo
Acta mari tulerant sed quis non prima refellat
Monstrat deûm, longósque sibi non augurer annos?
Iámque solutus honos cineri: iam passibus ægris
Dilapsæ cum prole nurus: tandémque quiescunt
Dissona peruigili planctu vada. qualiter agros
360 *Ad patrios, auibus medio iam vere reuectis*
Memphis, & aprici statio silet annua Nili
At non inde dies, neque magnis aspera curis
Nox Minyas tanta cæsorum ab imagine soluit.
Bis Zephyri iam vela vocant: fiducia mæstis
Nulla viris: ægro assiduè mens carpitur æstu:
Nec dum omnes lacrimas, atque omnia reddita cæsis
Iusta putant: patria ex oculis, acérque laborum
Pulsus amor: segníque iuuat frigescere luctu.
Ipse etiam Aesonides (quanquam tristissima rerum
370 *Castiganda duci, vultúque premenda sereno)*
Dulcibus indulget lacrimis: apérítque dolorem.
Tum secreta trahens Phœbaum ad litora Mopsum:
» *Quæ nam, ait, ista lues? aut quæ sententia diuûm:*

,, *Decretúsne venit fato pauor? an tibi nectunt*
,, *Corda moras? cur inmemores famæque larísque*
,, *Angimur? aut pariet quemnam hæc ignauia finem?*
,, *Dicam, ait, ac penitus caussas, labémque docebo,*
,, *Mopsus; & astra tuens: Non si mortalia membra*
,, *Sortitúsque breues, & parui tempora fati*
380 *Perpetimur; socius superi quondam ignis olympi;*
,, *Fas ideo miscere neces: ferróque morantes*
,, *Exigere hinc animas, reditúrque semina cælo.*
,, *Quippe nec in ventos, nec in vltima soluimur ossa:*
,, *Ira manet, durátque dolor: cùm deinde tremendi*
,, *Ad solium venere Iouis, questúque nefandam*
,, *Edocuere necem; patet ollis ianua leti;*
,, *Atque iterum remeare licet: comes vna sororum*
,, *Additur, & pariter terras atque æquora lustrant.*
,, *Quisque suos sontes, inimicáque pectora pœnis*
390 *Implicat, & varia meritos formidine pulsant.*
,, *At quibus inuito maduerunt sanguine dextræ,*
,, *Si fors sæua tulit miseros, sed proxima culpa;*
,, *Hos variis mens ipsa modis agit: & sua carpunt*
,, *Facta viros resides: & iam nil ampliùs ausi*
,, *In lacrimas, humilésque metus, ægrámque fatiscunt*
,, *Segnitiem: quos ecce vides. sed nostra requiret*
,, *Cura viam; memori iampridem cognita vate.*
,, *Est procul ad Stygia deuexa silentia noctis,*
,, *Eumenidum domus, & superis incognita tellus,*
400 *Cæruleo tenebrosa situ: quo flammea nunquam*
,, *Sol iuga, sidereos nec mittit Iupiter annos:*
,, *Stant tacitæ frondes, immotáque silua comanti*
,, *Horret verna iugo: specus vmbrarúmque meatus*
,, *Subter, & Oceani preceps fragor: aruáque nigro*
,, *Vasta metu: & subita post longa silentia voces.*
,, *Ensifer hîc, atráque sedens in veste Celeneus,*

Insontes

„ *Insontes errore luit: culpámque remittens,*
„ *Carmina turbatos voluit placantia manes.*
„ *Ille mihi, quæ danda forent lustramina cæsis,*
410 *Prodidit: ille volens Erebum terrásque retexit,*
„ *Ergo vbi puniceas oriens ascenderit vndas,*
„ *Tu socios adhibeto sacris, armentáque magnis*
„ *Bina deis: me iam cœtus accedere vestros*
„ *Haud fas intereà: donec lustralia pernox*
„ *Vota fero. mouet en gelidos Latonia currus:*
„ *Flecte gradum: placitis sileant, age, litora cœptis.*
Iámque sopor mediis tellurem presserat horis:
Et circum tacito volitabant somnia mundo:
Cùm vigil arcani speculatus tempora sacri
420 *Ampycides, petit aduersis Aesapia siluis*
Flumina, & æquoreas pariter decurrit ad vndas.
Hic sale purpureo, viuáque nitentia lympha
Membra nouat: séque horrificis accommodat actis.
Tempora tum vittis, & supplice castus oliua
Implicat, & stricto designat litora ferro:
Circum humiles aras, ignotáque nomina diuûm
Instituit: siluáque super contristat opaca.
Vtque metum, numenque loco, sacrámque quietem
Addidit: ardenti nitidum iubar euocat alto.
430 *Atque Argoa manus variis insignis in armis*
Ibat, agens lectas auratafronte bidentes.
Delius hîc longè candenti veste sacerdos
Occurrit, ramóque vocat: iámque ipse recenti
Stat tumulo, placida transmittens agmina lauro:
Ducit & ad fluuios, ac vincula soluere monstrat
Prima pedum: glaucásque comis prætexere frondes
Imperat. hinc altè Phœbi surgentis ad vrbem
Ferre manus: totósque simul procumbere campis.
Tunc picea mactantur oues: profectáque partim

440 *Pectora per medios, partim gerit obuius Idmon.*
Ter tacitos egere gradus: ter tristia tangens
Arma simul, vestésque virúm, lustramina ponto
Pone iacit: rapidis adolentur cetera flammis.
Quinetiam truncas nemorum, effigiésque virorum
Ritè locat quercus: simulatáque subligat arma.
Huc Stygias transire minas, iramque seueri
Sanguinis, his orat vigiles incumbere curas:
» *Atque ita lustrifico cantu vocat: Ite peremti,*
» *Ac memores abolete animas: sint otia vobis,*
450 *Sit Stygiæ iam sedis amor: procul agmine nostro,*
» *Et procul este mari: cunctísque absistite bellis.*
» *Vos ego nec Graias vnquam contendere ad vrbes,*
» *Nec triuijs vlulare velim: pecorique satísque*
» *Nulla ideo pestes: nec luctifer ingruat annus:*
» *Nec populi, nostríve luant ea facta minores.*
Dixerat. & summas frondentibus intulit aris,
Libauitque dapes: placidi quas protinus angues,
Vmbrarum famuli linguis rapuere coruscis.
Continuò puppem petere, & considere transtris
460 *Imperat Ampicides: nec visum vertere terra,*
Exciderint quæ gesta manu, quæ debita fatis.
Illi alacres, pars arma locant: pars ardua celsis
Insternunt tabulata thoris: oritúrque trementum
Remorum sonus, & lætæ concordia vocis.
Iupiter vrgentem summa Ceraunia nubem
Cum pepulit, mouitque iugis: fulsere repentè
Et nemora & scopuli, nitidúsque reducitur æther.
Sic animi rediere viris: iámque ipse magister
Nutat ab arce ratis, remísque obsistere tendit.
470 *Instaurant primi certamina, liber amictu*
Eurythus, & dictis Talai non territus Idas:
Inde alij increpitant atque æquora pectore tollunt.

Par gemitu, pulsitque labor: versúmque vicissim
Mittitur in puppem remo mare. latus & ipse
Alcides: Quisnam hos vocat in certamina fluctus?
Dixit; & intortis assurgens arduus vndis,
Percussit subito deceptum fragmine pectus:
480 *Atque in terga ruens, Talaum, fortémque Eribo-tem,*
Et longè tantæ securum Amphiona molis
Obruit; inque tuo posuit caput Iphite transtro.
Iam summas cæli Phœbus candentior arces
Vicerat, & longas medius reuocauerat vmbras.
Tardior hinc cessante viro, qua proxima Tiphys
Litora, quósque dabat densa trabe Mysia montes
Aduehitur. petit excelsas Tirynthius ornos:
Hæret Hylas lateri; passúsque moratur iniquos.
Illum vbi Iuno, polo summo de vertice, puppem
Deseruisse videt; tempus rata diua nocendi;
Pallada consortem curis cursúsque regentem:
490 *(Ne qua inde incœptis fieret mora) fallere prima*
Molitur; caróque dolis auertere fratri.
» *Tunc sic alloquitur: Procerum vi pulsus iniqua*
» *Germanique manu; repetit quo crimine Perses:*
» *Barbaricas iam mouit opes Hyrcanáque signa:*
» *Aeetes contrà, thalamis & virgine pacta*
» *Conciliat reges Scythicos; primúsque coacta*
» *Aduehit Albana Styrus gener agmina porta.*
» *Bellum ingens: atque ipse cutis Gradiuus habenis*
» *Fundit equos. viden' Arctoo de carcere quanta*
500 *Tollat se nubes, aque æquore pendeat atro?*
» *Corripe prima vias; finem cùm Phasidis alti*
» *Transierit Perses, faciémque ammouerit vrbi,*
» *Cœpta refer; paullúmque nefas & fœdera necte,*
» *Consiliis atque arte tua; sponde affore reges*

„ Dis genitos, quis arma volens, quis agmina iungat.
At virgo, quanquam insidias æstúsque nouercæ
Sentiat, & blandos quærentem fingere vultus,
Obsequitur tamen, & iussas petit ocius oras.
Ingemuit Iuno, tandémque silentia rumpit:
510 En labor; en odiis caput insuperabile nostris.
„ Quam Nemeam tot fessa minis, quæ bellua Lernæ
„ Experiar? Phrygiis vltro concurrere monstris
„ Nempe virum, & pulchro referantē Pergama ponto
„ Vidimus. en ego nunc regum soror: & mihi gentis
„ Vllus honos? iam tum indecores, iussæque dolorum
„ Primitiæ, & tenero superati protinus angues.
„ Debueram nullos iuueni iam quærere casus,
„ Victa nec ad tales forsan descendere pugnas:
„ Verùm animis insiste tuis; æstúmque per omnem
520 Tende pudor: mox & Furias Ditémque mouebo.
Hæc ait: & pariter læuo iuga pinea montis
Respicit, ac pulchro venantes agmine Nymphas
Vndarum nemorúmque decus. leuis omnibus arcus,
Et manicæ virides, & stricta myrtus auena:
Summo palla genu: tenui vagus innatat umbra
Crinis, ad obscura decurrens cingula mamma.
Ipsa citatarum tellus pede plausa sororum
Personat; & teneris summittit gramina plantis.
E quibus Herculeo Dryope percussa fragore,
530 Cùm fugerent iam tela feræ, processerat vltrò
Turbatum visura nemus; fontémque petebat
Rursus: & attonitos referebat ab Hercule vultus.
Hanc delapsa polo, piceæque acclinis opacæ
Iuno, vocat, prensáque manu sic blanda profatur:
„ Quem tibi coniugio tot dedignata dicam
„ Nympha procos: en Hæmonia puer appulit alno,
„ Clarus Hylas: saltúsque tuos, fontésque pererrat.

Vidisti

» *Vidisti roseis hac per loca Bacchus habenis*
» *Cùm domitas acies, & Eoi pocula regni*
540 *Duceret, ac rursus thyasos, & sacra mouentem:*
» *Huc tibi, vel posito venantem pectine Phœbum.*
» *Crede dari. quæ spes Nymphis aufertur Achæis:*
» *Prareptum quantum proles Bebeia questu*
» *Audiet, & flaui quam tristis nata Lycormæ?*
Sic ait; & celerem frondosa per auia ceruum
Suscitat; ac iuueni sublimem cornibus offert.
Ille animos, tardúsque fuga, longúmque resistens,
Sollicitat, suadétque pari contendere cursu.
Credit Hylas; prædaque ferox ardore propinqua
550 *Insequitur: simul Alcides hortatibus vrget*
Prospiciens. iamque ex oculis aufertur vterque,
Cùm puerum instantem, quadrupes fessúque minantem
Tela manu, procul ad nitidi spiracula fontis
Ducit: & intactas leuis ipse superfugit vndas.
Hoc pueri spes fusa modo est: nec tendere certat
Amplius: atque artus & concita pectora sudor
Diluerat: gratos auidus procumbit ad amnes.
Stagna vaga sic luce micant, vbi Cynthia cælo
Prospicit, aut medij transit rota candida Phœbi:
560 *Tale iubar diffudit aquis: nil vmbra, comæque,*
Turbauítque sonus surgentis ad oscula Nymphæ.
Illa auidas iniecta manus, heu sera cientem
Auxilia, & magni referentem nomen amici,
Detrahit: adiuta prono nam pondere vires.
Iam pater vmbrosis Tirynthius arcibus ornos
Depulerat, magnóque iugi stridore reuulsas,
Terga super fului porrexerat horrida monstri,
Litora curua petens: alio nam calle reuersum
Credit Hylan, captáque dapes hausisse ferina.

570 *Sed neque apud socios, structásque in litore mensas*
Vnanimum videt æger Hylan; nec longius acrem
Intendens aciem: varios hinc excitat æstus,
Nube mali percussus amor: quibus hæserit oris;
Quis tales impunè moras, casúsve, labórve
Attulerit; densam interea descendere noctem
Iam maiore metu: tum verò & pallor, & amens
Cum piceo sudore rigor. ceu pectora nautis
Congelat hiberni vultus Iouis: agricolísve
Cùm coit vmbra minax: comitis sic afficit error
580 *Alciden, sæuæque monet meminisse nouercæ.*
Continuò, volucri ceu pectora tactus asylo,
Emicuit Calabris taurus per confraga septis,
Obuia quæque ruens: tali se concitat ardens
In iuga senta fuga. pauet omnis conscia latè
Silua; pauent montes; luctu succensus acerbo
Quid struat Alcides, tantáque quid appetat ira.
Ille, velut refugi quem contigit improba Mauri
Lancea, sanguineus vasto leo murmure fertur,
Frangit & absentem vacuis sub dentibus hostem:
590 *Sic Furiis accensa gerens Tirynthius ora*
Fertur: & intento decurrit montibus arcu.
Heu miseræ, quibus ille, feræ, quibus incidit vsquam
Immeritis per lustra viris. volat ordine nullo
Cuncta petens: nunc ad ripas, deiectáque saxis
Flumina: nunc notas nemorum procurrit ad vmbras:
Rursus Hylan, & rursus Hylan per longa reclamat
Auia: respõsant siluæ, & vaga certat imago.
At sociis inmota fides, Austrísque secundis
Certa mora: nec paruus Hylas: quanquam omnibus æquè
600 *Grata rudimenta Herculeo sub nomine pendent.*

Illum

Illum omnes lacrimis,mæstísque reposcere votis;
Incertíque metu,nunc longas litore voces
Spargere:nunc seris ostendere noctibus ignes.
Ipse vel excelsi cùm densa silentia montis,
Strata vel oblatis ductor videt æquora ventis:
Stat lacrimans:magnóque viri cunctatur amore,
Illius incessus, habilémque ad terga pharetram:
Illum inter proceres,mæstaque silentia mensæ
Quærit inops, quondam ingenti comprensa trahentem
610 *Vina manu,& duræ referentem monstra nouercæ.*
Nec minùs intereà crudelis Iapyga Iuno
Assiduè mouet,& primis cum solibus offert.
Iamque moræ impatiens,cunctantes increpat ausus
Tiphys:& oblato monet otia rumpere cursu.
Ergo animum flexus dictis instantis Iason
Concedit: sociósque simul sic fatur ad omnes:
» *O vtinam,Scythicis struerem cùm funera terris,*
» *Vox mihi mentitas tulerit Parnasia sortes:*
» *Agmine de tanto socium, qui maximus armis*
620 *Afforet,hunc Iouis imperiis,fatóque teneri*
» *Ante procellosum scopulis errantibus æquor.*
» *Nec dum fama viri,nec certior exstitit auctor.*
Veriùm agite,&, dubiis quibus anxia pectora curis,
Consulite: &,motis seu vos via flatibus vrget:
Pergite,& inceptos mecum reuocate labores:
Seu plures tolerare moras,rursúsque propinquis
Quæsiuisse iugis: precium haud leue temporis acti.
Dixerat,& studiis iam dudum freta iuuentus
Orat inire vias:vnum tanto afore cœtu:
630 *Nec minus in sese generis,dextrásque potentes*
Esse ferunt.tali mentem pars maxima flatu
Erigit,& vana gliscunt præcordia lingua.

Fert dolor: an sese comitem tam tristibus actis
Abneget, & celsi mærens petat ardua montis.
Non tamen & gemitus, & inanes desinit iras
» Fundere: Quis terris, prô Iupiter, inquit, Achais
» Iste dies? sæui capient quæ gaudia Colchi?
» Non hi tum flatus, non ista superbia dictis,
700 Litore cum patrio, iam vela petentibus Austris
» Cunctus ad Alciden versus fauor. ipse iuuaret,
» Ipse ducis curas: meritósque subiret honores.
» Iámne animis, iam gente pares, atque inclita vulgi
» Dextera? nulla fides, nulli super Hercule fletus
» Nũc Parthaonides, nunc dux mihi Thracia proles,
» Aspera nunc pauidos contra ruit agna leones.
» Hanc ego magnanimi spolium Didimaonis hastam:
» Quæ neque iam frõdes virides, nec proferet vmbras,
» Vt semel est excussa iugis, ac matre peremta
710 Fida ministeria, & duras obit horrida pugnas:
» Testor: & hoc omni ductor tibi numine firmo:
» Sæpe metu, sæpe in tenui discrimine rerum,
» Herculeas iam serus opes, spretique vocabis
» Arma viri: nec nos tumida hæc tum dicta iuuabunt.
Talibus Aeacides socios sermonibus vrgens
Illacrimat: multáque comas deformat harena.
Fata trahunt: raptúsque virûm certamine ductor
Ibat: & obtenta mulcebat lumina palla.
Hîc verò ingenti repetuntur pectora luctu:
720 Vt socij sedere locis, nullæque leonis
Exuuiæ, tantíque vacant vestigia transtri:
Flet plus Aeacides: mærent Pæantia corda:
Ingemit & dulci frater cum Castore Pollux.
Omnis adhuc vocat Alciden, fugiente carina,
Omnis Hylan: medio pereuntia nomina ponto.
Dat procul intereà toto pater æquore signum

Phorcys

Phorcys:& inmanes intorto murice phocas
Contrahit antra petens:simul & Massylas,& unà
Lyctius,& Calabris redit armentarius aruis.
730 *Ilicet extremi nox litore Solis,Iberas*
Condidit alta domos,& sidera sustulit astris.
Flamina conticuere:iacet sine flatibus aequor.
Amphitryoniades,nec quae noua lustra requirat,
Nec quo tentet iter,comitis nec fata peremti
Quae referat,videt,aut socios qua mente reuisat,
Vrit amor,solisque negat decedere siluis.
Non aliter gemitu quondam lea prolis ademtae
Terga dedit:sedet inde viis:inclusaque longo
Peruigilant castella metu:dolor attrahit orbes
740 *Intereà,& misero manat iuba sordida luctu.*

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON

LIBER IIII.

ATQVE ea non oculis diuûm pater amplius æquis
Sustinuit: natique pios miseratus amores,
Iunonem ardenti trepidam grauis increpat ira:
» *Vt noua nunc tacito te pectore gaudia tollunt:*
» *Hæret inops, solísque furit Tirynthius oris.*
» *At comite immemores Minyæ, faciléſque relicto*
» *Alta tenent: sic Iuno ducem fouet anxia curis*
» *Æsonium: sic arma, viros, sociósque ministrat.*
» *Iam, quibus incertam bellis, Scythicaque pauentem*
10 *Gentis opes, quanta trepidam formidine cernam.*
» *Tum precibus, tum me lacrimis, & supplice dextra*
» *Attentare veto: rerum mihi firma potestas.*
» *I, Furias, Venerémque moue: dabit impia pœnas*
» *Virgo, nec Æetæ gemitus patiemur inultos.*
Dixit, & arcano redolentem nectare rorem,
Quem penes alta quies, liquidíque potentia somni:
Detulit: ínque vagi libauit tempora nati.
Ille graues oculos, & Hylan resonantia semper
Ora ferens: vt nulla deum superare potestas:
20 *Procumbit: tandem fessis pax reddita siluis:*

Flumi-

Flumináque, & vacuis audita montibus auræ.
Ecce, puer summa se tollere visus ab vnda,
Frondibus in croceis, & iniqua munere Nymphæ:
Stánsque super carum talis caput edere voces:
» Quid pater in vanos absumis tempora questus?
» Hoc nemus: hac fatis mihi iam domus: improba quo
me
» Nympha rapit, sæuæ monitu Iunonis: inanes
» Nunc Iouis accessus: & iam mihi lumina cæli
» Conciliat: iungitque suos & fontis honores.
30 O dolor, ô dulces quas gessimus antè pharetræ.
» Iam socij lætis rapuerunt vincula ventis:
» Hortator postquam Furiis, & voce nefanda
» Impulit Oenides. verùm cum gente domóque
» Ista luet: sanæque aderunt tua numina matri.
» Surge, age, & in duris haud vnquam defice: cælo
» Mox aderis: téque astra ferent: tu semper amoris
» Sis memor, & cari comitis ne abscedat imago.
Talibus orantem dictis, visúque fruentem,
Ille vltro petit: & vacuis amplexibus instat:
40 Languentísque mouet frustra conamina dextræ.
Corpus hebet somno, refugáque eluditur vmbra.
Tum lacrimis, tum voce sequi, tum rumpere questus:
Cùm sopor, & vano spes mæsta resoluitur actu.
Fluctus ab vndisoni ceu forte crepidine saxi,
Cum rapit Alcyonis miseræ fetúmque larémque:
It super æquora parens: questúque tumentibus vndis,
Certa sequi quocunque ferant: audétque, pauétque:
Ista fatiscit aquis donec domus, haustáque fluctu est:
Illa dolens vocem dedit, & se sustulit alis.
50 Haud aliter somni mæstus labor: exsilit amens,
Effusisque genas lacrimis rigat: Ibimus, inquit:
Solus & hos montes, desertáque lustra tenebis

Care puer:nec res vltra mirabere nostras.
Hæc fatus,relegítque vias:& vallibus exit,
Incertus quid Iuno ferat,quas apparet iras.
Nec minus & socios cernit procul æquore ferri
Præcipites:tacitúmque pudet potuisse relinqui.
Iámque iter ad Teucros , atque hospita mœnia Troiæ
Flexerat,Iliaci repetens promissa Tyranni:
60 *Cum mæsto Latona simul,Dianáque vultu*
Ante Iouem stetit:& supplex sic fatur Apollo:
" *In quem alium Alciden, in quæ iam tempora differs*
" *Caucaseum rex magne senem? nullúmne malorum*
" *Finem adeò,pœnæque dabis? te cuncta precantur*
" *Gens hominum:atque ipsi iam te pater optime montes,*
" *Fessáque cum siluis orant iuga.sat tibi furtum*
" *Ignis,& ætheriæ defensa silentia mensæ.*
" *Exit vbi è scopulis,media inter pabula diri*
" *Vulturis,ipse etiam gemitu,mæstáque fatigat*
70 *Voce Iouem,sæuis releuans ambusta pruïnis*
" *Lumina:congeminant amnes,rupésque fragorem*
" *Caucaseæ:stupet ipse dei clamoribus ales.*
" *Tunc etiam superas Acheronte auditur ad arces*
" *Iapetus grauis:orantem procul arcet Erinnys,*
Respiciens celsi legem Iouis:ille dearum
Fletibus,& magno Phœbi commotus honore,
Velocem roseis demittit nubibus Irim:
I,Phrygas Alcides,& Troiæ differat arma:
Nunc,ait,eripiat dira Titana volucri.
80 *Diua volat:desértque viro celeranda parentis*
Imperia:atque alacrem lætis hortatibus implet.
Iam Minyæ mediis clara per sidera noctis
Fluctibus intulerant placido caua lintea cursu:

Mul-

Multáque deserto memores super Hercule voluunt.
Thracius at summa sociis è puppe sacerdos,
Fata deûm, & miseræ solans incommoda vitæ,
Securum numeris agit, & medicabile carmen:
Quod simul assumta pulsum fide: luctus, & ira,
Et labor, & dulces cedunt è pectore nati.
90 *Intereà magni iam iam subeuntibus astris*
Oceani genitale caput: Titania frenis
Antra sonant: Sol auricomis ingentibus horis,
Multifidum iubar, & bisseno sidere textam
Loricam induitur: ligat hanc, qui nubila contra
Balteus vndantem variat mortalibus arcum.
Inde super terras, & Eoi cornua montis
Emicuit: traxitque diem candentibus vndis:
Et Minyas viso liquerunt flamina Phœbo.
Proxima Bebricij panduntur litora regni:
100 *Pingue solum, & duris regio non inuida tauris:*
Rex Amicus: regis fatis & numine freti
Non muris cinxere domos: non fœdera legum
Vlla colunt: placidas aut iura tenentia mentes.
Quales Ætnæis rapidi Cyclopes in antris,
Nocte sub hiberna seruant freta, sicubi sæuis
Aduectet ratis acta notis, tibi pabula dira
Et miseras Polypheme dapes: sic vndique in omnes
Prospiciunt, cursántque vias: qui corpora regi
Capta trahant. ea Neptuno trux ipse parenti
110 *Sacrifici pro rupe iugi, media æquora supra,*
Torquet agens: sin forma viris præstantior assit:
Tum legere arma iubet, sumtísque occurrere contrà
Cæstibus. hæc miseri sors est æquissima leti.
Huc vbi deuectam Neptunus gurgite puppem
Sensit: & extremum nati prospexit in oras,
Et quondam latos domini certamine campos:

Ingemit, ac tales euoluit pectore questus:
» Infelix, imas quondam mihi rapta sub undas,
» Nec potius magno, Melie, tum mixta tonanti:
120 Usque adeóne meam quacumque ab origine prolem
» Tristia fata manent? sic te olim pergere sensi
» Iupiter, iniustæ quando mihi virginis armis
» Concidit infelix, & nunc chaos implet Orion.
» Nec tibi nunc virtus, audet fiducia nostri,
» Nate animos: opibúsque vltra ne crede paternis.
» Iam iam aliæ vires, maioráque sanguine nostro
» Vincunt fata Iouis: potior cui cura suorum est.
» Atque ideo, neque ego hanc motis auertere ventis
» Tentaui, tenuive ratem: nec iam mora morti
130 Hinc erit vlla tuæ: reges doliture secundos.
Abstulit inde oculos: natúmque & tristia linquens
Prælia, sanguineo terras pater alluit æstu.
Principio fluuios, gentémque, & litora ductor
Explorare iubet: paullúmque egressus Echion,
Inuenit obscura gemitus in valle trahentem
Clàm iuuenem: & cæsi mærentem nomen amici.
Ille, virum vt contrà venientem, vmbratáque vidit
Tempora, Parrhasio patris de more galero:
Paciferaque manu nequiquam insignia virgæ:
140 Heu fuge, ait, certo quicumque es, perdite passu,
Dum datur. obstupuit visu Nonacria proles,
Quid ferat ammirans, postquàm remeare monentem
Ocius, & dictis perstantem cernit in hisdem:
Abripit, & sociis quæ sint ea promere cogit.
» Ille manum tendens, Non hac, ait, hospita vobis
» Terra viri: non hîc vllos reuerentia ritus
» Pectora: mors habitat, sæuaque hoc litore pugnæ.
» Iam veniet diros Amycus qui tollere castus
» Imperet: & vasto qui vertice nubila pulset.

Talis

150 *Talis in aduectos Neptuni credita proles,*
,, *Æternùm furit: atque aquæ virtutis egentes,*
,, *Ceu superùm segnes ad iniqua altaria tauros*
,, *Constituit: tandem vt misero lauet arua cerebro.*
,, *Consulite, atque fuga medium ne temnite tempus:*
,, *Namque isti frustra quisquam concurrere monstro*
,, *Audeat. & quænam talem vidisse voluptas?*
,, *Ductor ad hæc: Bebryxne venis, diuersáque regi*
,, *Corda gerens? melior vulgi nam sæpe voluntas.*
,, *Hostis an externis fato delatus ab oris?*
160 *Et tua cur Amycus cæstu non dum obruit ora?*
,, *Nomen, ait, prædulce mihi: noménque secutus*
,, *Otreos vnanimi: decus ille, & læta suorum*
,, *Gloria, nec vestros comes aspernandus in actus:*
,, *Hesionam, & Phrygiæ peteret cum gaudia nuptæ,*
,, *Hic Amycum contrà iussus stetit: atque ego palmas*
,, *Implicui: sed primæ procul vix dum ora leuantis*
,, *Fulminea frontem dextra, disiectáque fudit*
,, *Lumina: me numquam leto dignatus & armis:*
,, *Sed lacrimis potiùs, luctúque absumor inerti.*
170 *Spes tamen, his fando si nuntius exstitit oris,*
,, *Et Mariandynùm patrias penetrauit ad vrbes,*
,, *Vnde genus, fratérque viro: sed & ille quierit,*
,, *Oro: nec à vanis cladem Lycus augeat armis.*
Hæc vbi nonnulla iuuenes formidine moti
Accipiunt: dolor & duras insurgere mentes,
Terga sequi, properósque iubet coniungere gressus.
Litore in extremo, spelunca apparuit ingens,
Arboribus super, & dorso contecta minanti:
Non quæ dona deûm, non quæ trahat atheris ignem:
180 *Infelix domus, & sonitu tremebunda profundi:*
Et variis pro rupe metus: hunc trunca rotatis
Brachia rapta viris: strictóque immortua cæstu,

Ossáque tetra situ: capitum mœstissimus ordo:
Respicias, quibus aduerso sub vulnere nulla
Iam facies, nec nomen erat: media ipsius arma
Sacra metu, magníque aris imposta parentis.
Hospitis hic primum monitus rediere Timantis:
Et pauor, & monstri subiit absentis imago:
Atque oculos cuncti inter se tenuere silentes.
190 Donec sidereo Pollux interritus ore,
„ Te tamen hac, quicumque es, ait, formidine faxo
„ Iam tua silua ferat: modò sint tibi sanguis, & artus.
Omnibus idem animus forti decernere pugna:
Exoptántque virum, contráque occurrere poscunt.
Qualiter ignotis spumantem funditus amnem
Taurus aquis qui primus init, spernítque tumentem:
Pandit iter: mox omne pecus formidine pulsa
Ponè subit: iámque & mediis procedit ab vndis.
At procul è siluis sese gregibúsque ferebat
260 Sæuus in antra gigas: quem non sua turba tuendo
It taciti secura metus, mortalia nusquam
Signa manent: instar scopuli, qui montibus altis
Summus abit, longéque iugo stat solus ab omni.
Deuolat inde furens: nec quo via, cúrve profecti,
Nec genus antè rogat: sed tali protonat ira:
Incipite, ô iuuenes: etenim fiducia credo
Huc tulit: auditas & sponte lacessitis oras.
Sin errore viæ, nec dum mens gnara locorum:
Hic mihi lex, cæstus, aduersáque tollere contrà
210 Brachia: sic ingens Asiæ plaga: quíque per Arcton
Dexter, & in læuum pontus iacet: hæc mea visit
Hospitia: hoc cuncti remeant certamine reges.
Neptuni domus, atque egomet Neptunia proles.
Iam pridem cæstus resides, & frigida raris
Dentibus aret humus. qui mecum fœdera iunget?
Prima

Prima manu cui donafero? mox omnibus idem
Ibit honos. fuga sub terras, fuga nulla per auras,
Nec lacrimæ, nec fortè preces, superíve vocati
Pectora nostra mouent: aliis rex Iupiter oris.
220 *Faxo Bebricium nequeat transcendere puppis*
Vlla fretum, & ponto volitet Symplegas inani.
Talia dicta dabat: cùm protinus asper Iason,
Et simul Æacidæ, simul & Calidonis alumni,
Nelidésque, Idásque prior: quæ maxima surgũnt
Nomina. sed nudo steterat iam pectore Pollux:
Cùm pauor, & gelidus defixit Castora sanguis.
Nam nec ad Elei pugnam videt ora parentis:
Nec sonat Oebalius caueæ fauor, aut iuga nota
Taygeti: lauitur patrios vbi victor ad amnes:
230 *Nec pretium sonipes: aut sacra taurus harena*
Præmia: sed Manes, reclusáque ianua leti.
Illum Amycus, nec fronte trucem, nec mole tremendum,
Vix dum etiam prima spargentem signa iuuentæ,
Ore renidenti lustrans obit: & fremit ausum:
Sanguineósque rotat Furiis ardentibus orbes.
Non aliter iam regna poli, iam capta Tiphoëus
Astra ferẽs: Bacchum ante acies, primamque deorũ
Pallada, & oppositos doluit sibi virginis angues.
Sic adeo insequitur, rabidóque ita murmure terret:
240 *Quisquis es, infelix celera puer: haud tibi pulchra*
Manserit hoc vltra frontis decus: oráve matri
Nota feres. túne è sociis electus iniquis,
Túne Amyci moriere manu? nec plura moratus,
Ingentes humeros, spatiosáque pectoris ossa
Protulit, horrendósque thoris informibus artus.
Deficiunt visu Minyæ: miratur & ipse
Tyndarides: redit Alcidæ iam sera cupido:

Et vacuos mæsto lustrarunt lumine montes.
At satus æquoreo fatur tunc talia rege:
250 *Aspice & hac crudis durata volumina tauris:*
» *Nec pete fortis opem, sed quos potes indue castus.*
Dixit, & urgentis post sera piacula fati
Nescius, extremum hoc: armis innectere palmas
Dat famulis: dat & inde Lacon. odia aspera surgunt
Ignotis prius: atque incensa mente feruntur
In medium, sanguis Iouis, & Neptunia proles.
Hinc illinc dubiis intenta silentia votis.
Et pater orantis cæsorum Tartaris umbras,
Nube caua tandem ad merita spectacula pugnæ
260 *Emittit: summi nigrescunt culmina montis.*
Continuò Bebryx: Maleæ velut arce fragosa
Turbo rapax: vix ora virûm, vix tollere passus
Brachia, torrenti præceps agit undique nimbo,
Cursibus inuoluens: totáque inmanis harena
Insequitur. vigil ille metu, cum pectore & armis,
Huc alternus & huc, semper ceruice reducta,
Semper & in digitis, & summi puluere campi,
Proiectúsque redit. spumanti qualis in alto
Pliade capta ratis, trepidi quam sola magistri
270 *Cura tenet, rapidum ventis certantibus æquor*
Inuecerata secat. Pollux sic prouidus ictus
Seruat, & Oebalia dubium caput erigit arte.
Vt deinde vrgentes effudit nubibus iras,
Ardorémque viri: paullatim insurgere ferro
Incitat, & summos manibus deducere castus.
Ille dies, agros Amyci sudoribus artus
Primus, & arenti cunctantem vidit hiatu:
Nec sua defessum noscunt loca, nec sua regem
Agmina: respirant ambo, paullúmque reponunt
Brachia. ceu Lapitha, aut Pæonas, æquore in ipso

Dum

Dum refouet, fixáque silet Gradiuus in hasta.
Vix steterant, & iam ecce ruunt: inflictáque latè
Terga sonant: noua vis iterum, noua corpora surgũt.
Hunc pudor, hunc noto iam spes audentior hoste,
Instimulat: fumant crebro praecordia pulsu:
Auia responsant gemitu iuga. peruigil vt cùm
Artificum notat ipse manus, & fulmina Cyclops
Prosubigit: pulsis strepitant incudibus vrbes.
Emicat hic, dextrámque parat, dextrámq; minatur
290 *Tyndarides: redit huc oculis & pondere Bebryx*
Sic ratus. ille autem celeri rapit ora sinistra.
Conclamant socij, & subitas dant gaudia voces.
Illum insperata turbatum fraude, furentémque,
Oebalides prima refugit dum detonet ira.
Territus ipse etiam, atque ingentis conscius ausi,
Saeuit inops Amycus, nullo discrimine sese
Praecipitans: auidúsque viri (respectat ouantes
Quippe procul Minyas) caestu velatus vtroque,
Irruit. hos inter Pollux subit, & trucis vltro
300 *Aduolat ora viri: nec spes effeta: sed ambae*
In pectus cecidere manus. hoc saenior ille,
Ecce iterum vacuas agit inconsulta per auras
Brachia. sentit enim Pollux rationis egentem:
Dat genibus iunctis laeui, effusúmque secutus,
Haud reuocare gradum patitur: turbátque, premitq;
Ancipitem: crebros & liber congerit ictus
Desuper auerso: sonat omni vulnere vertex
Inclutus, ceditque malis. iam tempora manant,
Sanguineaque latent aures: vitalia donec
310 *Vincula, qua primo ceruix committitur artu,*
Soluit dextra grauis. labentem propulit Heros,
„ *Ac super insistens: Pollux ego missus Amyclis,*
„ *Et Ioue natus, ait: nomen mirantibus vmbris*

Ægra siti: quos ore lacus, quæ papula carpsit?
380 *Verbere candentes quotiens exhorruit armos?*
Quin & ab excelso meditantem vertice saltus,
Audentémque mori: valles citus egit in imas
Argus: & arbitrio durus seruauit herili.
Cùm subitò Arcadio sonuit caua fistula ritu:
Imperiúmque patris celerans Cyllenius ales
Aduenit: & leni modulatur carmen auena.
Quóque, ait, hinc diuersus abis? heu respice cantus.
Haud procul insectans Argum, languentia somno
Lumina cuncta notat, dulcésque sequentia somnos:
390 *Et celerem mediis in cantibus exigit harpen.*
Iamque refecta Ioui, paulatim in imagine prisca
Ibat, agris Io victrix Iunonis: & ecce
Cum facibus spirisque, & tartareo vlulatu,
Tesiphonen videt: ac primo vestigia visu
Fugit: & in miseræ rursus bouis ora recurrit:
Nec qua velle memor, quo sese vertice sistat.
Inachias errore etiam defertur ad vndas:
Qualis, & à prima quantum mutata iuuenca?
Nec pater, aut trepidæ tentant accedere Nymphæ.
400 *Ergo iterum siluas, iterum petit inuia retro,*
Ceu Styga, dilectum fugiens caput. inde per vrbes
Raptatur Graias, atque ardua flumina ripis:
Oblato donec paullum cunctata profundo
Incidit: absistunt fluctus: & gnara futuri
Dant pauidæ alta viam: celsis procul ipsa refulget
Cornibus, ac summa palearia sustinet vnda.
Ast Erebi virgo diem volat æthere Memphim
Præcipere, & Pharia venientem pellere terra.
Contrà Nilus adest, & toto gurgite torrens
410 *Tesiphonen agit: atque imis illidit harenis,*
Ditis opem, ac sæui clamantem numina regni.

Appa-

Apparent sparsæque faces, disiectáque longè
Verbera: & abruptis excussi crinibus hydri.
Nec Iouis intereà cessat manus. intonat alto
Insurgens cælo genitor, curámque fatetur:
Atque ipsa imperium Iuno pauet. hæc procul Io
Spectat ab arce Phari, iam diuis addita, iamque
Aspide cincta comas, & ouanti persona sistro.
Bosphoron hinc veteres errantis nomine diuæ
420 *Vulgauere. iuuet nostros nunc ipsa labores,*
Immissísque ratem sua per freta prouehat Euris.
Dixerat, & placidi tendebant carbasa venti.
Postera non cassæ Minyis aurora retexit
Noctis iter: noua cuncta vident: Thynneáque iuxta
Litora, fatidici pœnis horrentia Phinei.
Dura deum, summóque lues vrgebat in æuo.
Quippe neque extorrem tantùm, nec lucis egentem,
Insuper Harpyiæ Typhoides, ira Tonantis,
Depopulant, ipsóque dapes prædantur ab ore.
430 *Talia prodigia, & tales pro crimine pœnas*
Perpetitur. spes vna seni: quod pellere sæuam
Quondam fata luem dederant Aquilone creatis.
Ergò vbi iam Minyas, certámque accedere Phineus
Sentit opem, primas baculo defertur ad vndas:
Vestigátque ratem, atque oculos attollit inanes.
" *Tunc tenuem spirans animam: Saluæ ô mihi longum*
" *Exspectata manus, nostrisque, ait, agnita votis.*
" *Nouimus & diuis genitis quibus: & via iussos*
" *Qua ferat: ac vestre rebar sic tempora cursus,*
440 *Proxima quæque legẽs: quantum Vulcania Lemnos*
" *Traxerit: infelix tulerit quæ Cyzicus arma.*
" *Sensi & Bebricio supremam in litore pugnam*
" *Iam propior: iamq; hoc animam solamine mulcens.*
" *Non ego nunc magno quod cretus Agenore Phyneus,*

» *Aut memorem mea quod vates insedit Apollo*
» *Pectora:præsentis potius miserescite fati.*
» *Nec mihi diuersis erratum casibus orbem,*
» *Amissas aut flere domos, aut dulcia tempus*
» *Lumina:consuetis rerum est ex ordine fatis*
450 Ingemere. *Harpyiæ semper mea pabula seruant:*
» *Fallere quas numquam misero locus:ilicet omnes*
» *Deueniunt:niger intorto ceu turbine nimbus.*
» Iamque *alis procul, & sonitu mihi nota Celeno:*
» *Diripiunt, verrúntque dapes, fœdatáque turbant*
» *Pocula.sæuit odor:surgítque miserrima pugna,*
» *Párque mihi, monstrísque famis.spreuere quod omnes*
» *Polluerúntque manu, quódque vnguibus excidit atris:*
» *Has mihi fert in luce moras:nec rumpere fata*
» *Morte licet:trahitur victu crudelis egestas.*
460 *Sed vos obseruate precor prædicta deorum:*
» *Si non falsa mihi:vos finem imponite pœnis.*
» *Nempe assunt qui monstra fugent Aquilonia proles:*
» *Non externa mihi:nam rex ego diuitis Hebri,*
Iunctaque *vestra meo quondam Cleopatra cubili.*
Nomen ad Actex Calais, Zetésque sororis
Prosiliunt. Zetésque prior:quem cernimus, inquit,
» *Túne ille Othrysia Phineus rex inclitus ora?*
» *Tu Phœbi comes,& nostro dilecte parenti?*
» *O vbi nunc regni, generísque vbi gloria? quàm te*
470 *Excedit labor, & miseris festina senectus.*
» *Quin age, mitte preces: namque est tibi nostra voluntas:*
» *Si non ira deûm, vel si placabilis vrget.*
» *Sustulit hîc geminas Phineus ad sidera palmas:*
» *Téque, ait, iniusti, quæ me premis, ira Tonantis*
» *Ante, precor nostræ tandem iam parce senectæ:*

Sit

» *Sit modus, & fore credo equidem; nam vestra voluntas*
» *Quod iuuenes sine pace deûm.nec credite culpam*
» *Sæuitia, scelerúmve mihi nunc crimina pendi;*
» *Fata loquax, mentémque Iouis, quæque abdita solus*
480 *Consilia, & terris subito ventura parabat;*
» *Prodideram, miserans hominum genus: hinc mihi tanta*
» *Pestis, & effusæ media inter dicta tenebræ.*
» *Iam tandem cessere iræ: nec casus ab alto,*
» *Ipse volens noster sed vos deus appulit oris.*
Sic ait, &, fatis ita iam cedentibus, omnes
Impulit: & dura commouit imagine pœnæ.
Instituêre thoros, mediisque tapetibus ipsum
Accipiunt: circúmque iacent, simul æquora seruant,
Astra simul: vescique iubent, ac mittere curas.
490 *Cùm subitus misero tremor, & pallentia primæ*
Ora senis fugêre manus; nec prodita pestis
Antè, sed in mediis dapibus vidêre volucres.
Fragrat acerbus odor; patriique exspirat auerni
Halitus: vnum omnes incessere planctibus, vnum
Infestare manus: inhiat Cocytia nubes
Luxurians, ipsóque ferens fastigia visu.
Tum sola colluuie, atque illusis stramina mensis
Fœda rigant: strident alæ; prædáque retenta
Sæuit vtrimque fames: nec solum horrenda Celæno
500 *Phinea, sed miseras etiam prohibere sorores.*
Emicat hîc subitò, seséque Aquilonia proles
Cum clamore leuat, genitor simul impulit alas.
Hoste nouo turbata lues; lapsæque rapinæ
Faucibus: & primùm pauidæ Phineia tecta
Peruolitant; mox alta petunt: stant litore fixi
Hæmonidæ, atque oculis palantia monstra sequuntur.

Sic vbi prorupti tonuit cum fortè Vesevi
Hesperiæ letalis apex; vix dum ignea montem
Torsit hiems; iámque Aeoas cinis induit vrbes.
510 Turbine sic rapido populos, atque æquora longè
Trans abeunt: nullâque datur considere terra.
Iámque & ad Ionij metas, atque intima tendunt
Saxa: vocat magni Strophadas nunc incola ponti.
Hîc fessæ, letíque metu propioris anhelæ,
Dum trepidant: humilíque graues timidóque volatu
Implorat clamore patrem Typhona nefando:
Extulit assurgens noctem pater: imáque summis
Miscuit, & mediis vox exaudita tenebris:
„ Iam satis huc pepulisse deas, cur tenditis vltra
520 In famulas sæuire Iouis, quas, fulmina quanquam
„ Aegidáque ille gerat, magnas sibi legit in iras?
„ Nunc quoque Agenoreïs idem decedere tectis
„ Imperat: agnoscunt monitus, iussæque recedunt.
„ Mox tamen & vobis similis fuga comprimet Argos
„ Letifera: Harpyiæ numquam noua pabula quærent,
„ Donec erunt diuûm meritæ mortalibus iræ.
Hæsit vterque polo, dubiísque elanguit alis:
Mox abit, & sociæ victor petit agmina puppis.
Intereà Minyæ pulsa lue, prima Tonanti
530 Sacra nouant: tum vina thoris, epulásque reponunt.
Ipse inter medios, ceu dulcis imagine somni
Lætus, ad oblitæ Cereri suspirat honores:
Agnoscit Bacchi latices, agnoscit & vndam:
Et noua non pauidæ miratur gaudia mensæ.
Hunc vbi reclinem stratis, & pace fruentem
Aspicit, ac longæ ducentem obliuia pœnæ:
Talibus appellat, supplexque ita fatur Iason:
„ Vota senex perfecta tibi: nunc me quoque curis
„ Eripe, & ad nostros animum converte labores.

Omnis

540 *Omnis adhuc sors læta quidem: nec numine vano*
„ *(Si qua fides curæ superûm) tantum æquor adorti*
„ *Tendimus: ipsa mihi puppem Iouis optima proles*
„ *Instituit: sociósque dedit Saturnia reges.*
„ *Fidere mens sed cæca nequit. quantúmque propinquat*
„ *Phasis, & ille operum summus labor: hoc magis angunt*
„ *Proxima: nec vates sat iam mihi Mopsus & Idmon.*
Ille, ducem nec ferre preces, nec dicere passus
Amplius, hic demum vittas, laurúmque capessit,
Numina nota ciens. stupet Aesonis inclita proles
550 *Phinea, ceu numquam pœnis, nulláque grauatum*
Peste Iouis. tam largus honos, tam mira senecta
Maiestas infusa: vigor nouus auxerat artus.
„ *Tum canit: O terras fama venture per omnes:*
„ *Quem socijs ducibúsque deis, atque arte benigna*
„ *Pallados: ipse vltro Pelias ad sidera tollit*
„ *Demens, dum profugi non sperat vellera Phryxi:*
„ *Fata locósque tibi (possum quas reddere grates)*
„ *Expediam: rerúmque vias, finémque docebo.*
„ *Ipse etiam, qui me prohibet sua pandere terris*
560 *Secula, te propter fundi mihi Iupiter auctor.*
„ *Hinc iter ad ponti caput, errantésque per altum*
„ *Cyaneas: furor his medio concurrere ponto:*
„ *Nec dum vllas vidêre rates: sua comminus acta*
„ *Saxa premunt, cautésque suas: cùm vincula mundi*
„ *Ima labant: tremere ecce solum, tremere ipsa repente*
„ *Tecta vides: illa redeunt, illa æquore certant.*
„ *Di tibi progresso propius, Di forsitan ipsi*
„ *Auxilium, mentémque dabunt. ast ipse iuuare*
„ *Ausa quibus monitis possim tua? quippe per altum*
570 *Tenditis, vnde procul venti, procul vnde volucres,*

„ Et pater ipse maris pauidas detorquet habenas.
„ Si qua breuis scopulis fuerit mora, si semel orsis
„ Vlla quies; fuga tunc medio properanda recursu.
„ Vix repetunt prima celeres confinia terra,
„ Iámque alio clamore ruunt; omnique tenetur
„ Pontus, & infestis anceps cum montibus errat.
„ Verùm animo redit illa meo sors cognita diuûm,
„ (Fabor enim, nec spe dubios solabor inani.)
„ Cùm mihi Tartareas sæuo clangore volucres
580 Protulit ira Iouis; vox hæc simul excijt aures:
„ Ne vanas impende preces, finémque malorum
„ Expete Agenoride: pontum penetrauerit vlla
„ Cùm ratis, & rapidi steterint in gurgite montes;
„ Tunc sperare modum pœnæ, veniámque licebit.
„ Sic Deus. aut vobis ergo fera saxa patescunt,
„ Aut mea iam sæua redeunt ad pabula diræ.
„ Verùm inter medias dabitur sic currere cautes,
„ Certè digna manus, vacuúmque exibis in æquor;
„ Proxima regna Lyci: remeat qui victor ab oris
590 Bebriciis: toto non vllus litore ponti
„ Mitior. hic lecto comitum de robore, si quem
„ Perculerit vicina lues; ne defice, casus
„ Prædicti memor: atque animos accinge futuris.
„ Illic pestiferas, subter iuga concaua, torquet
„ Ater aquas Acheron; vastóque exundat hiatu
„ Fumeus: & sæua sequitur caligine campus:
„ Linque grauem fluuium, & miseris sua fata colonis.
„ Sic quoque non vno dabitur transcurrere luctu.
„ Quid tibi nubifera surgentem rupe Carambin,
600 Quid memorem quas Iris aquas, quas torqueat Ancon?
„ Proxima Thermodoon hic iam secat arua: memento.

Inclita

» *Inclita Amazonidum, magnóque exorta Gradiuo*
» *Gens ibi: femineas nec tu nunc crede cateruas;*
» *Sed qualis & quanta viris insultat Enyo,*
» *Diuáque Gorgonei gestatrix innuba monstri.*
» *Ne tibi nunc horrenda rapax ad littora puppem*
» *Ventus agat; ludo volitans cùm turma superbo*
» *Pulvereis exultat equis: vlulatáque tellus*
» *Intremit, & pugnas mota pater incitat hasta.*
610 *Non ita sit metuenda tibi, sauissima quanquam*
» *Gens Chalybum: duris patiens cui cultus in aruis,*
» *Et tonat afflicta semper domus ignea massa.*
» *Inde omnem innumeri reges per litoris oram:*
» *Hospitij quîs nulla fides: sed limite recto*
» *Puppis, & aequali transcurrat carbasus aura:*
» *Sic demum rapidi venies ad Phasidis amnem.*
» *Castra ibi iam Scythia: fraternáque surgit Erynnis:*
» *Ipse truces illic Colchos, hostémque iuuabis*
» *Auxilijs. nec plura equidem discrimina cerno.*
620 *Fors etiam optatam dabitur contingere pellem.*
» *Sed te non animis, nec solis viribus aequum*
» *Credere: saepe acri potior prudentia dextra.*
» *Quam tulerit deus, arripe opem. iámque vltima nobis*
» *Promere fata nefas: sileo, & precor. atque ita facto*
Fine, dedit tacitis iterum responsa tenebris.
Tum subita resides socios formidine Iason
Praecipitat, rumpítque moras, tempúsque timendi.
Ipse viros gradiens ad primi litoris vndam
Prosequitur Phineus: Quaenam tibi praemia, dixit,
630 *Quas, decus ô Borea, possem persoluere grates?*
Me Pangaea super rursus iuga, méque paterna
Stare Tyro, dulcésque iterum mihi surgere Soles
Nunc reor: exacta nam verè abiere volucres:

Nec metuam, tutaque dapes. date tangere vultus,
Definite amplexus, propiúsque accedite dextræ.
Dixerat. abscedunt terris, & litora condunt.
Omnibus extemplo sæua sub imagine rupes
Cyaneæ: propiórque labor; quando affore, quáque
Parte putent: stant ora metu, nec fessa recedunt
640 *Lumina, diuersas circum seruantibus vndas.*
Cum procul auditur sonitus, insanáque saxa;
Saxa neque illa viris, sed præcipitata profundo
Siderei pars visa poli. dúmque ocius instant
Ferre fugam; maria ante ratem, maria ipsa repente
Diffugere, aduersósque vident descendere montes.
Omnibus & gelida rapti formidine remi.
Ipse per arma volans, & per iuga summa carinæ
Hortatur, suppléxque manus intendit Iason,
Nomine quemque premens: Vbi nunc promissa superba,
650 *Ingentésque minæ, mecum quibus ista secuti?*
Idem Amyci certè viso timor omnibus antro;
Perculerat: stetimus tamen, & deus affuit ausis.
Quin iterum idem aderit, credo deus. hæc vbi fatus,
Corripit abiecti remúmque, locúmque Phaleri;
Et trahit. insequitur flammata pudore iuuentus.
Vnda laborantes præceps rotat; ac fuga ponti
Obuia: miscentur rupes: iámque æquore toto
Cyaneæ iuga præcipites illisæ remittunt.
Bis fragor infestas cautes, aduersáque saxis
660 *Saxa dedit: flamma expresso bis fulsit in imbri.*
Sic vbi multifidus ruptis è nubibus horror
Effugit, & tenebras, nimbósque internicat ignis,
Terrificíque ruunt tonitrus, elisáque noctem
Lux dirimit; pauor ora virûm, pauor occupat aures.
Haud secus impleuit pontum fragor: effluit imber

Spumeus, & magno puppem procul æquore vestit.
Aduertêre dei, defixáque numina ponto,
Quid scopulis præclusa ratis, quid iura iuuentus
Expediat. pendet magnis fauor ortus ab ausis.
670 *Prima coruscanti signum dedit Aegide virgo*
Fulmineam iaculata facem. vix dum ardua cautes
Cesserat: illa volans tenui per concita saxa
Luce fugit: rediere viris animíque manúsque.
Vt vidêre viam: sequor ô quicumque deorum,
Aesonides, vel fallar, ait: præcépsque fragores
Per medios ruit, & fumo se condidit atro.
Cœperat incedens abductis montibus vnda
Ferre ratem, pelagóque dies occurrere aperto;
Sed neque permissis iam fundere rector habenis
680 *Vela, nec eniti remis pote; cùm super assunt*
Cyaneæ: premit vmbra ratem, scopulíque feruntur
Comminus. hîc Iuno, præcépsque ex æthere Pallas,
Insiliunt pariter: scopulos hinc nata coërcet,
Hinc coniunx Iouis. vt valido qui robore tauros,
Sub iuga, & inuito detorquet in ilia cornu.
Inde velut mixtis Vulcanius ardor harenis
Versat aquas: sic ima fremunt, fluctúque coacto
Angitur, & clausum scopulo super effluit æquor.
Contrà omnes validis tenui discrimine remis
690 *Pergere iter, mediósque ratem transferre per ictus:*
Saxa sed extremis tamen increpuere corymbis:
Pársque (nefas) deprensa iugis. iam cetera cælo
Debita, conclamant Minyæ: latera vtraque quippe
Dissiluisse putant. fugit ipse nouissimus ictus
Tiphys, & è medijs sequitur freta rapta ruinis:
Nec prius obsessum scopulis respexit ad æquor;
Aut socijs tentata quies: nigrantia quàm iam
Litora, longinquíque exirent flumina Rhebi.

Tunc fessas posuere manus: tunc arida anheli
700 *Pectora: discussa quales formidine auerni*
Alcides, Theseúsque comes, pallentia iungunt
Oscula, vix primis amplexi luminis oris.
Nec verò ipse metus, curásque resoluere ductor:
" *Sed maria aspectans: Heu quis datus iste deorum*
" *Sorte labor nobis? serum vt veniamus ad amnem*
" *Phasidis, & mites, inquit, dent vellera Colchi:*
" *Vnde per hos iterum montes fuga? talia fundit,*
Imperio fixos Iouis, æternúmque reuinctos,
Nescius, & fati certa nam lege manebant,
710 *Si qua per hos vndis vmquam ratis isset apertis.*
Tum freta quæ longis fuerant imperuia sæclis,
Ad subitam stupuere ratem: pontique iacentis
Omne solum, regésque patent, gentésque reposta.
Non alibi effusis cesserunt longiùs vndis
Litora; nec tantas, quamuis Tyrrhenus & Aegon
Voluat aquas: geminis & desint Syrtibus vndæ.
Nam super huc vastos tellus quoque congerit amnes.
Non septem gemini memorem quas exitus Histri,
Quas Tanais, flauúsque Lyces, Hypanísque, Melásque.
720 *Addat opes: quantósque sinus Mæotia laxent*
Aequora, flumineo sic agmine frangit amari
Vim salis, hinc Boreæ cedens glacialibus auris
Pontus, & excorta facilis concrescere bruma.
Vtque vel immotos vrsæ rigor inuenit amnes,
Vel freta versa vadis: hiemem sic vnda per omnem
Aut campo iacet, aut tumido rigat ardua fluctu:
Atque hac Europam curuis anfractibus auget,
Hac Asiam: Scythicum specie sinuatus in arcum.
Illic vmbrosæ semper stant æquore nubes,
730 *Et non certa dies: primo nec Sole profundum*
Soluitur,

Soluitur, aut vernis cùm lux æquata tenebris,
Sed redit extremo tandem in sua litora tauro.
Iam Mariandynis aduertit puppis harenis:
Atque celer terras, regémque exquirit Echion
Dicta ferens: lectos fama est si nominis vmquàm
Hæmoniæ subysse viros; det litora fessis.
Approperat Lycus auditis lætatus Achiuis:
At simul Aesoniden, omnémque in regia turbam
Tecta trahit, modo Bebrycijs præfixa tropæis:
740 *Mitis & in mediis effatur talia Grais:*
» *Haud temere est; fato diuûm reor ad mea vectos*
» *Litora vos: odium quibus atque eadem ira furentis*
» *Bebryciæ; seuáque pares de gente triumphi.*
» *Certa fides animis, idem quibus incidit hostis.*
» *Nos quoque, nos Amycum tanto procul orbe remoti*
» *Sensimus, & sæuis frater mihi fusus harenis.*
» *Vltor ego, atque ille cunctis accensus in armis*
» *Tunc aderam: cùm vos mediis contenta ferebant*
» *Vela fretis. illum in sanie, tabóque recenti*
750 *Vidimus, æquoreo similem per litora monstro.*
» *Nec verò præcepta mihi suprema tyranni*
» *Fata queror: bellóve magis lætarer & armis*
» *Procubuisse meis, quàm lege quod occidit vltus*
Ipse sua: meritóque madent quod sanguine cæstus.
Excipit Aesonides: tuus ergo in montibus ignis
Ille? tuas acies medio de gurgite vidi?
Fatur. & ostentans prolem Iouis, Hic tibi Pollux
En, ait, inuiso soluit cui pectore pœnas.
Ille virum circa, mirantia lumina voluit.
760 *Festa dehinc mediis ineunt conuiuia tectis,*
Communésque vocant superos: quorum eruta nutu
Bebrycia, & votis pariter prædáque fruuntur.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON

LIBER V.

ALTERA *lux haud læta viris emersit Olympo:*
Argolicus morbis, fatísque rapacibus, Idmon
Labitur, extremi sibi tum non inscius aui.
At memor Aesonides nimium iam vera locuti
Phineos; hinc alios rapto pauet Idmone luctus.
Tum comiti pia iusta tulit: cælatâque multa
Arte, Doliony donat velamina regis;
Hospes humum sedémque Lycus flens arma reuellit
Idmonis è celsa Mopsus rate: robora cædunt
10 *Pars siluis, portántque aræ: pars, auguris alba*
Fronde caput, vittísque ligant: positúmque feretro
Congemuere. dies simul & suus ammonet omnes.
Ecce inter lacrimas, intérque extrema virorum
Munera, quem cursus penes, imperiúmque carinæ,
Tiphyn agit violenta lues: cunctíque pauore
Attoniti, fundunt mæstas ad sidera voces:
" *Arcipotens aduerte, precor, nunc denique Apollo;*
" *Hoc pater, hoc nobis refoue caput: vlla laboris*
" *Si nostri te cura mouet, qui cardine summo*

Verti-

„ *Vertitur, atque omnis manibus nunc pēdet ab vnis.*
Dicta dabant ventis, nec debita fata mouebant.
Qualem præcipiti grauidum iam sorte parentem
Natorum flet parua manus, trepidíque precantur,
Duret vt inualidis, & adhuc genitoris egenis.
Haud aliter socij supremo in tempore Tiphyn
Ante alios superesse volunt: mors frigida contrà
Vrget: & ille recens oculis interuolat Idmon.
Exanimum frustra Minyæ clamore morantur,
30 *Auellíque negant: vix membra rigentia tandem*
Imposuere rogo: lacrimásque, & munera flammis
Vana ferunt: crescit donis feralis aceruus.
Vt verò amplexus fessi rupere supremos,
Et rapidæ sonuere faces: tunc ipsa cremari
Visa ratis, medióque viros deponere ponto.
Non tulit Aesonides, geminis flagrantia cernens
Corpora cara rogis: sed pectore ductor ab imo
„ *Talia voce gemit: Quid tantum infensa repentè*
„ *Numina? quas nostri pœnas meruere labores?*
40 *Bina (nefas) toto pariter mihi funera surgunt*
„ *Litore. magna adeò comitum numerosáque pubes.*
„ *Aut socios rapit atra dies; aut ipse relinquor*
„ *Sontibus impulsus Furijs. vbi Tiphys? vbi Idmon*
„ *Fata canens? vbi monstriferæ par ille nouercæ?*
„ *Te sine Thespiade nos vlla mouebimus vltra*
„ *Aequora? nec summa speculantem puppe videbo,*
„ *Pleïadúmque globos, & agentes noctibus Arctos?*
„ *Cui Minyas, carámque ratem, cui sidera tradis?*
„ *Carpere securas quis iam iubet Aesona noctes?*
50 *Hoc labor, hoc dulci toties fraudata sopore*
„ *Lumina, & attonitis nimium mens anxia Colchis*
„ *Profuit? heu quantum Phasis, quātum Aeta recessit?*
„ *Nunc quoque si tenuis superant in imagine curæ,*

» *Aßis umbra, precor, venturi præscia cœli,*
» *Rectorémque tuæ moneas ratis. hæc ubi fatus;*
Sola virûm flammis vidit lambentibus ossa.
Quod tamen externis unum solamen in oris
» *Restat, ait, caras humus hæc non diuidet umbras,*
» *Ossáque nec tumulo, nec separe conteget urna:*
60 *Sed simul ut iunctis venistis in æquora fatis.*
Haud mora: relliquias socij defletáque miscent
Nomina: tum vino frondes, & cespite tellus
Aggeritur: cinerémque Lyco commendat Iason.
Mæsti omnes, dubiique; ratem fidißima cuius
Dextra regat: simul Ancæus, sollérsque petebant
Nauplius. Erginum fato vocat ipsa monenti
Quercus: & ad tonsas victi redière magistri.
Ac velut ille, gregis ceßit cui regia, taurus
Fertur ouans, hunc omnis honos, hũc omnis in unum
70 *Transit amor: primo lætos sic tempore rector*
Ingreditur cursus: etenim dat candida certam
Nox Helicen. iam prora fretum commouerat, & iam
Puppe sedens placidas dimiserat ancora terras.
Inde, premente Noto, tristes Acherusidos oras
Præterit, & festa vulgatum nocte Lyæi
Callicoron: (nec vana fides) his Bacchus in undis
Abluit Eoo rorantes sanguine Thyrsos.
Illum, post acies, rubríque nouißima claustra
Æquoris, hic resides thyasos, hic æra mouentem
80 *Vadáque pampinea nectentem cornua vitta*
Nunc etiam meministis aquæ: Bœotia qualem
Thyas, & infelix cuperet vidisse Citheron.
Fama per extremos quin iam volat improba manes,
Intereà & magnis fatorum laudibus implet;
Addita iámque fretis repetens freta, iámque ferentes
Cyaneas. ardent auidos attollere vultus,

Quos pietas vel tangit adhuc, quos æmula virtus.
Fata immota manent: vnum, qui litore in illo
Conditus ad cara mittunt spectacula turbæ.
90 *It Stelenus, qualem Mauortia vidit Amazon,*
Cúmque suis comitem Alcides vt condidit armis:
Talis ab æquorei consurgens aggere busti
Emicuit: fulsere vndæ; Sol magnus vt orbem
Tolleret, aut nubem quateret polus. atque eâ vix dũ
Visa viris: atram nox protinus attulit vmbram:
Ille dolens altum repetit chaos. omnia Mopsus
Dum stupet, in prima tumulum procul aspicit acta:
Obnubénsque caput, cineri dat vina vocato.
Carmina quin etiam visos placantia manes
100 *Othrysius dum ritè mouet: mixtóque sonantem*
Percutit ore lyram, noménque relinquit harenis.
Altius in ventos recipit ratis: ac fugit omne
Crobiali latus, & fatis tibi Tiphy negatum
Parthenium: ante alios Triniæ qui creditur amnes
Fidus & Intopi materna gratior vnda.
Mox etiam Cromnam, atque iugo pallente Cytoron,
Téque cita penitus condunt Erythia carina,
Iámque reducebat noctem polus: alta Carambis
Raditur, & magna pelago tremit vmbra Sinopes.
110 *Assyrios complexa sinus stat opima Sinope;*
Nympha prius, blandósque Iouis quæ luserat ignes
Cælicolis immota procis: deceptus amatæ
Fraude deæ nec solus Halys, nec solus Apollo.
Addidit hic casu comites fortuna benigno,
Autolicum, Phl i'mque, & Deileonta, secutos
Herculis arma viros: vagus hos ibi fixerat error.
Vt Graiam videre manum, puppémque Pelasgam:
Primaruunt celeres ad litora, séque precantur
Accipiant socios. noua dux accedere gaudet

120 *Nomina, desertos & iam sibi currere remos.*
Transit Halys, longísque fluens anfractibus Iris,
Sæuáque Thermodoon medio sale murmura voluens:
Gradiuo sacer, & spoliis ditissimus amnis:
Donat equos, donat votas cui virgo secures,
Cùm redit ingenti per Caspia claustra triumpho
Massageten Medúmque trahens. est vera propago
Sanguinis; est ollis genitor deus. hinc magis alta
Hæmonidæ petere, & monitus non temnere Phinei,
Ipse autem comitum conuersus ad ora nouorum:
130 *Vos mihi nunc pugnas, ait, & victricia, Ductor,*
„ *Herculis arma mei, vestrásque in litore Martis*
„ *Intereà memorate manus. sic fatus, & ægro*
Corde silens, audit currus, bellíque labores
Virginei: exciderit frenis quæ prima remissis;
Semianimem patrius quam vexerit amnis in æquor;
Quæ pelta latus, atque humeros nudata pharetris
Fugerit, Herculea mox vulnere prensa sagittæ;
Vtque securigeras stimulauerit ira cateruas,
Fleturúsque pater; quantus duce terror in ipsa;
140 *Qui furor in signis; quo balteus arserit auro.*
Nocte sub extrema clausis telluris ab antris
Peruigil auditur Chalybum labor; arma fatigant
Ruricolæ Gradiue tui: sonat illa creatrix
Prima manus belli terras crudelis in omnes.
Nam priùs ignoti quàm dura cubilia ferri
Eruerent, ensésque darent: odia ægra sine armis
Errabant, iraque inopes, & segnis Erynnis.
Inde Genetæi rupes Iouis; inde Tymauos
Dant virides post terga lacus: vbi deside mitra
150 *Feta ligat, partúque virum fouet ipsa soluto.*
Vos quoque non nota mirati vela carinæ
Mossonychi: vos & stabulis Macrones ab altis,

Byzeres-

Byzeresque vagi, Philyraeque à nomine dicta
Litora, quæ corau pepulit Saturnus equino.
Vltimus inde sinus, sæuúmque cubile Promethei
Cernitur; in gelidas consurgens Caucasus Arctos.
Ille etiam Alciden Titania fata morantem
Attulerat tum fortè dies: idmque aspera nisu
Vndique conuellens, veteris cum strage pruinæ,
160 *Vincula prensa manu saxis abduxerat imis*
Arduus, & læuo grauior pede: consonat ingens
Caucasus: & summo pariter cum monte secutæ
Incubuere trabes, abductáque flumina ponto:
Fit fragor; æthereas ceu Iupiter arduus arces
Impulerit, imas manus aut Neptunia terras.
Horruit immensum ponti latus: horruit omnis
Armeniæ prætentus Hiber: penitúsque recusso
Aequore, Cyaneas Minyæ timuere relictas.
Tum gemitu propiore Chalybs, densúsque reuulsis
170 *Rupibus audiri montis labor, & graue Titan*
Vociferans; fixos scopulis dum vellitur artus.
Contrà autem ignari (quis enim nunc credat in vllis
Montibus Alciden? dimisisáve vota retentet?)
Pergere iter socij: tantum mirantur ab alto
Litora discussa æterni niue, ruptáque saxa,
Et simul ingentem moribunda desuper vmbram
Alitis, atque atris rotantes imbribus auras.
Sol propius flammabat aquas: extremáque fessis
Cœperat optatos iam lux ostendere Colchos:
180 *Magnus vbi aduersum spumanti Phasis in æquor*
Ore ruit, cuncti pariter loca debita noscunt,
Signáque commemorant, emensásque ordine gentes:
Dántque ratem fluuio, simul æthere pleno corusco
Pallas, & alipedum Iuno iuga sistit equorum.
Ac dum prima graui ductor subit ostia pulsu,

Populeos flexus, tumulúmque virentia supra
Flumina cognati medio videt aggere Phryxi:
Quem comes infelix paruo de marmore iuxta
Stat soror, hinc sæuæ formidine mæsta nouercæ,
190 *Inde maris, pecudíque timens imponere palmas.*
Sistere tum socios iubet, atque hinc prima ligari
Vincula: ceu Pegasas patriúmque intrauerit amnem.
Ipse graui patera sacri libamina Bacchi
Ritè ferens, vmbram vocat, & sic fatur ad aras:
» *Per genus, atque pares tecum mihi Phryxe labores,*
» *Tu precor orsa regas, méque his tuteris in oris:*
» *Tot freta, tot durè properantia sidera passis*
» *Phryxe faue, & patrias placidus reminiscere terras.*
» *Tu quoque nunc tumulo nequiquam condita inani,*
200 *Annue diua maris, numeróque accede tuorum.*
» *Quando egomet rursus per te vehar? aurea quando*
» *Seston, & infaustos agnoscent vellera fluctus?*
» *Vos etiam siluæ, vos Colchidos hospitis oræ*
» *Pandite, diues vbi pellis micet arbore sacra.*
» *Tunc tibi, secundi proles Iouis orte niuali*
» *Arcados axe dea, fluuio modò Phasi quieto*
» *Palladiam patiare ratem, nec dona, nec aræ*
» *Defuerint tellure mea: veneranda fluentis*
» *Effigies te Phasi manet; quam magnus Enipeus,*
210 *Et pater aurato quantus iacet Inachus antro.*
Dixerat. atque illi dextra sine, versa magistri,
Protinus in proram rediit ratis omine certo,
Fluminis os, pontúmque tuens. promittis vt ecce,
Vtque vocas reuehemur, ait. sic deinde precatus,
Arma iubet celsa socios depromere puppe:
Dona dehinc Bacchi, casus qui firmet in omnes.

Rapta

Rapta Ceres: viridésque premunt longo ordine ripas.

Incipe nunc alios cantus dea: visáque vobis
Thessalici da bella ducis. non mens mihi, non hæc
220 Ora satis: ventum ad Furias, infandáque natæ
Fœdera, & horrenda trepidam sub virgine puppĕ:
Impia monstriferis surgunt iam prœlia campis.
Antè dolos, antè insidiis tamen exsequar actus
Soligenæ, falli meriti, meritique relinqui.
Inde canens: Scythica senior iam Solis ab urbe
Fata laborati Phryxus compleuerat aui:
Illius extremo sub funere, mira repentè
Flamma poli, magnóque aries apparuit astro,
Æquora cuncta mouens: at vellera, Martis in umbra,
230 Ipse sui Phryxus monumentum insigne pericli
Liquerat, ardenti quercum complexa metallo.
Quondam etiam tacita visus per tempora noctis
Effigie vasta: socerúmque exterruit ingens
» Prodita vox: O qui patria tellure fugatum
» Quærentémque domos, hic me considere passus
» Sedibus, oblata generum mox prole petisti:
» Tunc tibi regnorum labes, luctúsque supersunt,
» Rapta soporato fuerint cum vellera luco.
» Præterea inferna quæ nunc sacrata Dianæ
240 Fert castos Medea choros, quæcumque procorum
» Pacta petat, maneat regnis ne virgo paternis.
Dixit, & ammota pariter fatalia visus
Tradere terga manu: tum falso fusus ab auro
Currere per summi fulgor laquearia tecti.
Membra thoris rapit ille tremens, patriúmque precatur
Numen, & Eoo surgentes litore currus.

„ *Hæc tibi fatorum genitor tutela meorum*
„ *Omnituens: tua nunc terris, tua lumina toto*
„ *Sparge mari: seu noſtra dolos molitur opertos,*
250 *Siue externa manus, primus mihi nuntius eſto.*
„ *Tu quoque ſacrata rutilant cui vellera quercu,*
„ *Excubias Gradiue tene, præſentia loco*
„ *Arma, tubæque ſonent: vox & tua noctibus exſtet.*
Vix ea: Caucaſeis cùm lapſus montibus anguis,
Haud ſine mente dei, ſpiris nemus omne refuſis
Implicuit, Graiúmque procul reſpexit ad orbem.
Ergo omnes prohibere minas, prædictaque Phryxi
Inuigilat: plena nec dum Medea iuuenta
Annuitur thalamus Albani virga tyranni.
260 *Intereà auguriis, monſtríſque minacibus vrbem*
Territat antemonens ſemper deus, & data ſæui
Signa mali: reddi iubet exitiale ſacerdos
Vellus, & Hæmoniis infeſtum mittere terris.
Contrà Sole ſatus Phryxi præcepta volutans,
Ægro corde negat: nec vulgi cura tyranno:
Dum ſua ſit modò tuta ſalus. tunc ordine regi
Proximus, & frater materno ſanguine Perſes,
Increpitare virum: ſequitur duce turba reperto.
Ille furens ira, ſolio ſe proripit alto,
270 *Præcipitátque patres: ipſum quoque talibus auſis*
Spem ſibi iam rerum vulgi leuitate ferentem,
Enſe petit. rapit inde fugam crudelia Perſes
Signa gerens: omnémque quatit rumoribus Arcton.
Iámque aderat magnis regum cum milibus vrbi,
Primáque in aduerſos fruſtratus prœlia muros,
Conſtiterat. datus & ſociis vtrimque cremandis
Ille dies, altérque dies: cùm Marte remiſſo,
Debitus Æeis dux Theſſalus appulit oris.
Nox, hominum genus, & duros miſerata labores,

Rettu-

280 *Rettulerat feßis optata silentia terris:*
At Iuno & summi virgo Iouis intima secum
Consilia, & varias sociabant pectore curas.
„ *Virgo prior, Magna pariter quos mole petamus,*
„ *Cernis, ait: Colchos habeant quæ prælia, quique*
„ *Nunc status. hinc Perses, illinc non viribus æquis*
„ *Apparat Æetes aciem: quibus addimur armis?*
„ *Cui Iuno: Dimitte metus, ne prœlia forte*
„ *Hinc tibi grata negem: manet ingens ægida sudor,*
„ *Et nostros iam sudor equos: stat pectore fixum,*
„ *Æete sociare manus: scio perfida regis*
290 *Corda quidem: nullos Minyis exsoluet honores:*
„ *Verùm alios tunc ipsa dolos, alia orsa mouebo.*
„ *Sint, precor, hæc: tua namque mihi comitanda pote-*
„ *stas,*
„ *Pallas ait: liceat Grais vt reddere terris*
„ *Æsonium caput: & puppem, quam struximus ipsæ,*
„ *Iactatam tandem nostro componere cælo.*
Talia tunc hominum superi pro laude mouebant.
Tristior at numquam, tantóve pauentibus vlla
Nox Minyis egesta metu: nil quippe reperto
Phaside, nil domitis actum Symphlegados vndis,
300 *Cunctaque adhuc magni veniant dum regis ad vrbẽ*
Ambigua, & dubia rerum pendentia summa.
Præcipuè Æsoniden, varios incerta per æstus
Mens rapit, vndantem curis, ac multa nouantem.
Qualiter ex alta cùm Iupiter arce coruscat,
Pliadas ille mouens, mistúmque sonoribus imbrem
Horriferámve niuem, canis vbi tollitur omnis
Campus aquis, aut sanguinei magna hostia belli,
Aut alios duris fatorum gentibus ortus.
Sic tum diuersis, hinc atque hinc mollibus, anceps
310 *Pectora dux crebro gemitu quatit: optat & almum*

Iam iubar,& certi tandem discriminis oras.
Tunc defixa solo,cœtúque intenta silenti
» *Versus ad ora virûm, Quod primum ingentibus au-*
» *sis*
» *Optauistis,ait,veterúmque quod horruit ætas,*
» *Assumus en,tantúmque fretis enauimus orbem.*
» *Nec Pelagi nos mille viæ,nec fama fefellit,*
» *Soligenam Æeten media regnare sub Arcto.*
» *Ergo vbi lux altùm sparget mare, tecta petenda*
» *Vrbis,& ignoti mens experienda tyranni:*
320 *Annuet ipse reor:neque inexorabile certè*
» *Quod petimus:sin verò preces & dicta superbus*
» *Respuerit:iam tunc animos firmate repulsæ:*
» *Quáque via patrijs referamus vellera terris,*
» *Stet potius:rebus semper pudor absit in artis.*
Dixerat:& Scythicam qui se comitentur ad vrbem
Sorte petit:numeróque nouem ducuntur ab omni.
Inde viam,qua Circæi plaga proxima campi,
Corripiunt,regémque petunt.iam luce reducta,
Fortè deûm variis per noctem exterrita monstris,
330 *Senserat vt pulsas tandem Medea tenebras:*
Rapta thoris primi iubar ad placabile Phœbi
Ibat,& horrendas lustrantia flumina noctes.
Namque soporatos tacitis in sedibus artus
Dum premit alta quies, nullæque in virgine curæ:
Visa pauens castis Hecates excedere lucis:
Dúmque pij petit ora patris:stetit ardnus inter
Pontus,& ingenti circum stupefacta profundo,
Fratre tamen conante sequi:mox stare pauentes
Viderat intenta pueros nece,séque trementem
340 *Spargere cæde manus,& lumina rumpere fletu.*
His turbata minis fluuios,ripámque petebat
Phasidis,æquali Scythidum comitante caterua.

Florêa

Florea per verni qualis iuga duxit Hymeti,
Aut Sicula sub rupe choros, hinc gressibus hærens
Pallados, hinc caræ Proserpina iuncta Dianæ,
Altior, ac nulla comitum certante, priusquàm
Palluit, & viso pulsus decor omnis Auerno.
Talis & in vittis gemina cum lumine tedæ
Colchis erat, nondum miseros exosa parentes.
350 *Vt procul extremi gelidis à fluminis vndis*
Prima viros tacito vidit procedere passu,
Substitit: & mæsto nutricem affata timore est.
» *Quæ manus hæc, certo ceu me petat agmine, mater,*
» *Aduenit: haud armis haud vnquam cognita cultu?*
» *Quære fugam precor, & tutos circumspice saltus:*
Audit virginei custos grandæua pudoris
Enioche, cultus primi cui creditus æui:
Tum trepidam dictis firmans hortatur alumnam.
» *Non tibi ab hoste mina, nec vis, ait, vlla propinquat,*
360 *Nec metus: externo iam flammea murice cerno*
» *Tegmina: iam vittas frondémque imbellis oliuæ:*
» *Graius adest: Graio sic cuncta simillima Phryxo.*
Sic ait. at Iuno pulchrum longissima quando
Robur cura ducis, magnique dedêre labores:
Mole noua, & roseæ perfudit luce iuuentæ.
Iam Talaum, iámque Ampycidem, astróque comantes
Tyndaridas, ipse egregio supereminet ore.
Non secus autumno quàm cùm magis asperat ignes
Sirius, & sæuo cùm nox accenditur auro,
370 *Luciferas crinita faces: hebet Arcas, & ingens*
Iupiter: ast illum tanto non discere cælo
Vellet ager, vellent calidis iam fontibus amnes.
Regina, attonito quanquam pauor ore silentem
Examinet, mirata tamen, paullúmque reductis

Passibus insolito stupuit duce. nec minus inter
Ille tot ignoti socias gregis hæret in vna
Defixus, sentítque ducem dominámque catervæ.
„ *Si dea, si magni decus huc ades, inquit, Olympi:*
„ *Has ego credo faces, hæc virginis ora Dianæ,*
380 *Téque renodatam pharetris, ac pace fruentem,*
„ *Ad sua Caucaseæ producunt flumina Nymphæ.*
„ *Si domus in terris, atque hinc tibi gentis origo:*
„ *Felix prole parens, olimque beatior ille*
„ *Qui tulerit, longis & te sibi iunxerit annis.*
„ *Sed fer opem regina viris, nos hospita pubes*
„ *Aduehimur, Graiûm proceres, tua tecta petentes.*
„ *Duc, precor, ad vestri, quicumque est, ora tyranni:*
„ *Ac tu prima doce fandi tempúsque, modúmque.*
„ *Nam mihi sollicito, deus, ignaróque locorum*
390 *Te dedit, in te animos sed & omnia nostra repono.*
Dixit, & opperiens trepidam, stetit. illa parumper
Virgineo cunctata metu, sic orsa vicissim:
Quem petis Aeeten, genitor meus: ipsáque iuxta
Mœnia: si viuos possis discernere calles.
Hac adeò duce ferte gradus: ingentia namque
Castra, alios aditus, atque impius obsedit hostis.
Dixerat hæc, patriúmque viam detorquet ad amnẽ:
Sacráque terrifice supplex mouet irrita nocti.
Ille autem inceptum famula duce protinus vrget
400 *Aëre septus iter: patitur nec regia cerni*
Iuno virum, prior Aeetæ ne nuntius assit.
Iámque inerat populo, mediæque incognitus vrbi:
„ *Cùm comes orsa loqui: Phœbi genitoris ad aras*
„ *Ventum, ait: huc adytis iam se de more paternis*
„ *Rex feret: hic proceres audit, populósque precantes*
„ *Alloquiis facilis præsens pater ammonet æqui.*
Dixerat. ast illi propere monstrata capessunt

Limina.

Limina. non aliter quàm si radiantis adirent
Ora dei, verásque æterni luminis arces:
410 *Tale iubar per tecta micat. stat ferreus Atlas*
Oceano, genibúsque tumens infringitur vnda:
At medij per terga senis, rapit ipse nitentes
Altus equos, curuóque diem subtexit olympo:
Ponè rota breuiore, soror, densæque sequuntur
Pliades, & madidis rorantes crinibus ignes.
Nec minus hic varia dux latus imagine templi,
Ad geminas fert ora fores, cunabula gentis
Colchidos hic, ortúsque tuens: vt prima Sesostris
Intulerit rex bella Gethis: vt clade suorum
420 *Territus, hos Thebas, patriúmque reducat ad am-*
nem:
Phasidis hos imponat agris, Colchósque vocari
Imperet: Arsinoën illi trepidæque requirunt
Otia læta Phari, pinguémque sine imbribus annum:
Et iam Sarmaticis permutant carbasa bracis.
Barbarus in patriis sectatur montibus Aeam,
Phasis amore furens: pauidas iacit illa pharetras
Virgineo turbata metu: discursibus & iam
Deficit, ac volucri victam deus alligat vnda.
Flebant populeæ iuuenem Phaëthonta sorores:
430 *Ater & Eridani trepidum globus ibat in amnem.*
At iuga vix Tethys, sparsúmque recolligit axem,
Et formidantem patrios Pyroënta dolores.
Aurea quin etiam præsaga Mulciber arte
Vellera: venturósque olim cælarat Achiuos:
Texitur Argoa pinus Pagasæa securi:
Iámque eadem remos, eadem dea flectit habenas:
Ipse subit, nudáque vocat dux agmina dextra.
Exoritur Notus, & toto ratis vna profundo
Cernitur. Othrysio gaudebant carmine Phocæ.

Apparent trepidi per Phasidis hostia Colchi:
Clamantémque procul linquens regina parentem.
Vrbs erat hîc contrà gemino circumflua ponto,
Ludus vbi & cantus, tadæque in nocte iugales,
Regalíque thoro lætus gener, ille priorem
Deserit: vltrices spectant à culmine Diræ.
Deficit in thalamis, turbatáque pelice coniunx
Pallam, & gemmiferæ donum exitiale coronæ
Apparat, ante omnes secum dequesta labores:
Munere quo patrias pelex ornatur ad aras:
450 *Infelix & iam rutilis correpta venenis*
Implicat igne domos. hæc tum miracula Colchis
Struxerat ignipotens: non dum noscentibus illa:
Quis labor aligeris, aut quæ secet anguibus auras
Cæde madens: odere tamen, visúsque reflectunt.
Quin idem Minyas operum deflexerat error:
Cum se Sole satus patriis penetralibus infert.
Filius hunc iuxta primis Absyrtus in annis
Dignus auo, quémque insontem meliora manerent.
Tum gener Albanis Styrus qui aduenerat oris,
460 *Distulerant sed bella toros: tum Phrontis & Argus*
Aeolidæ, fratérque Melas, quos aduena Phryxus
Progenuit: paritérque leui Cytisorus in hasta.
Post alij: quos præcipuos Titania tellus
Legit honore patres: motique ad prælia reges,
Ammonet hîc socios, nebuláque erumpit Iason,
Sideris ora ferens, noua lux effusa Citæis:
Conueniunt, rogitántque viros, rogitántque quid ausi,
Quidve ferant. postquàm primis inhiantia dictis
Agmina, suppressúmque videt iam murmur Iason:
470 *Talia miranti propius tulit orsa tyranno:*
" *Rex Hyperionide, quem per freta tanta petendum*
Cælicolæ,

„ *Cælicolæ, & prima dignum statuêre carina.*
„ *Si quando hîc aliquam nostro satus orbe solebat*
„ *Thessaliam si quos Phryxus memorare Pelasgos:*
„ *Hi tibi tot casus, horrenda tot auia mensi*
„ *Cernimur. ipse egomet proprio de sanguine Phryxi:*
» *Namque idem Cretheus ambobus & Aeolus auctor*
» *Cum Ioue, Neptunóque, & cũ Salmonide Nympha.*
» *Me neque nunc enses, araque egere paterna:*
480 *Ne tua Thessalicis quanquam inclita nomina terris*
» *Sponte sequor. cui, non iusso, tot adire voluptas*
» *Monstra maris? cui Cyaneos intrare fragores?*
» *Sceptra tui toto Pelias sub nomine Phœbi*
» *Maxima ab hoste tenens, tótque illacrimantia diuos*
» *Oppida, tot vigili pulcherrima flumina cornu:*
» *Ille meum imperiis vrget caput: ille labores*
» *Dat varios, suus vt magnum rex spargit ab Argis*
» *Alciden Stheleno ipse satus. tamen aspera regum*
» *Perpetimur iuga: nec melior parere recuso.*
490 *Hic sibi me aurata pecudis quiscumque periclis*
» *Exuuias perferre iubet, tibi gratia nostri*
» *Sit precor hac, meritique locus, quod iussa recepi,*
» *Téque alium quàm quem Pelias sperátque cupitque*
» *Promisi, & meliora tua mihi fœdera dextra.*
» *Si petere hoc saui si ituissem sanguine belli,*
» *Ossa dabat, Pindúsque rates, quóique antè secuti*
» *Inde nec audacem Bacchum, nec Perseareges.*
» *Sed me nuda fides sanctique potentia iusti*
» *Huc tulit, atque mei sociatrix gratia Phryxi:*
500 *Iámque tibi nostra geniti de stirpe nepotes.*
» *Nec tamen aut Phrygios reges, aut arua furentis*
» *Bebrycia spernendus adi, seu fraude petiui:*
» *Seu quis honore meo sua reddita dona: deûmque*
» *Nos genus, atque ratem, magnæ sensere Mineruæ.*

,, *Vix tandem longis quæsitam Colchida votis*
,, *Contigimus, qualémque dabat te fama, videmus:*
,, *Tu modò ne claros Minyis inuideris actus.*
,, *Non aliena peto, terrísve indebita nostris:*
,, *Si quis & in precibus vero locus: atque ea Phryxo*
510 *Crede dari: Phryxum ad patrios ea ferre penates.*
,, *Munera tu contrà victum mihi vecta per æquor*
,, *Accipe, Tanarei clamidem de sanguine aheni,*
,, *Frenáque, & accinctum gemmis fulgentibus ensem:*
,, *Hoc patrium decus: hæc materni texta labores:*
,, *His Lapithes adfuerat eques. da iungere dextram:*
,, *Da Scythicas sociare domos: sciat effera regis*
,, Ira mei, quem te horrifero sortitus in axe
,, *Caucasus, atque tuis quantum mitescat habenis.*
Talibus orantem, vultu grauis ille minaci
520 Iam dudum fremit, & *Furiis ignescit apertis.*
Ceu tumet, atque imo sub gurgite concipit Austros
Vnda silens: trahit ex alto sic Barbarus iras:
,, *Et nunc ausa viri, nunc heu sua prodita Grais*
,, *Regna fremit: quin & facili sibi mente receptum*
Iam Phryxum dolet, & Scythiæ periisse timores:
Nunc quassat caput, ac iuuenis spes ridet inanes:
Quid vesanus agat, quòd vellera poscat ab angue.
Vrit & antiquæ memorem vox præscia sortis:
Cur simul aut Persen illinc sibi mouerit aut hinc
530 *Thessalicam fortuna ratem: num debitus ista*
Finis agat, sæuaque petant iam vellera Parcæ.
Intereà quoniam belli pugnæque propinquæ
Cura prior, fingit placidis fera pectora dictis:
Reddit & hæc: cuperem haud tali vos tempore tectis
Aduenisse meis, quo me grauis obsidet hostis.
Frater enim, sceptri sic omnibus vna cupido,
Excidium parat, & castris me ingentibus vrget.

Quare,

Quare, age, cognatas primùm defendite sedes:
Nec decus oblati dimiseris aduena belli.
540 *Iámque virum trahit ipse chalybs: tum vellera victor*
Tum meritis, nec sola dabo. contrà inscius astus:
» *Ergo nec hic nostris deerat labor arduus actis,*
» *Excipit Æsonides, & ceu nihil æquore passis*
» *Additus iste dies: veniant super hæc quoque fato*
» *Bella meo. non hunc parua mihi cæde dolorem,*
» *Quásque dedit, luet ille moras. tum Castora mittit,*
Qui ferat Æei sociis responsa tyranni.
Acribus ast illos curis mora sæua trahebat:
Ac simul vt medio viderunt Castora campo:
550 *Crebrior incussit mentem pauor. ô Iouis alma*
» *Progenies, fare an patriam spes vlla videndi,*
» *Fare tuis. ille in mediis sic orsus Achiuis:*
» *Nec ferus Æetes, vt fama: nec aurea nobis*
» *Terga negat: bello intereà sed pressus iniquo*
» *Auxilium petit: armatos dux protinus omnes*
» *Accelerare iubet: longo nam tuta recessu*
» *Puppis, & opposita funus defenditur vrbe.*
Haud mora: prosiliunt, quos nec Riphæa iuuentus,
Quos nec Iber, aut tota suis Aurora pharetris
560 *Sustineat. stetit explicito prius agmine pubes.*
Expertique simul, si tela, artúsque sequantur.
Nec quisquam freta, nec patrias iam respicit vrbes:
Sed magis ad præsens itur decus. incita cristas
Aura quatit: variis floret via decolor armis.
Qualis ab Oceano nitidum chorus æthera vestit:
Qualibus assurgens nox aurea cingitur astris.
Illos Sole satus, tacita mæstissimus ira
Miratur temerè assumtos, nec talia mallet
Robora, quàm medios hostem subiisse penates.

570 *Intereà læto patitur conuiuia cultu:*
Et iuxta Æsoniden magno cratere lacessit.
Nunc sibi monstrantem natos Iouis, oráque iuxta
Æacidûm, nunc ingentes Calydonis alumnos:
Audit & Alciden infando errore relictum,
Defletósque duces, terræque, marísque labores.
Ipsi autem tantis concita furoribus arma
Expetit Æsonides, & amicos ordine reges:
» *Quis procul ille virum nobis, quem balteus asper*
» *Subligat, & stricto stat proximus armiger arcu,*
580 *Ceu pugnam paret, & positas confundere mensas?*
Contra flammigeri proles Perseia Solis,
» *Quem rogitas Carmeius, ait: mos, comminus arma*
» *Semper habere viro, semper meminisse pharetræ.*
» *Quid Latagum? quid si amnigenā mirere Choaspen?*
» *Bellatoris equi potantem cerne cruores:*
» *Nec tamen immissis hic segnior ibit habenis.*
» *Illum, ait Æsonides, pariter refer: horrida signis*
» *Cui clamis, & multa spirat coma flexilis aura.*
» *Respicit Aeetes, atque hunc quoque nomine reddit:*
590 *Diues Aron: croceos sic illius omnis odores*
» *Iactat eques: vnctis sic est coma culta maniplis:*
» *Sed nec sperne virum, & comtis diffide capillis.*
» *Campesius hic spoliis in Tygridis. ille profundo*
» *Incumbens Odrussa mero: vide lata comentem*
» *Pectora, & ingenti turbantem pocula barba.*
Hic & Iaxarten dictis stupet hospes acerbis
Immodicum, linguáque grauem: cui nulla minanti
Non superûm, non præsentis reuerentia belli.
„ *Contrà autem Aeetes: Non frustra magna superbo*
600 *Dicta volant, ait, & vocem paria arma sequuntur:*
„ *Nec requies: quin Marte diem, noctémque fatiget:*
„ *Atque vbi Riphæa stupuerunt flumina bruma,*

Iam

„ Iam pauidi cum prole Getæ, iam peruigil illum
„ Medus, & oppositis exspectat Iberia claustris.
„ Hoc autem quæ quemque manus, quæ signa sequantur,
„ Si memorem: priùs humentem lux soluerit vmbram:
„ Cras acies, atque illa ducum, cras regna videbis
„ Dissona: saxifera surgat quibus imber harena,
„ Quæ iaculo gens apta leui, quæ picta pharetris
610 Venerit: ingentes animo iam prospice campos,
„ Atque hanc alipedi pulsantem corpora curru
„ Euryalem: quibus exsultet Mauortia turmis:
„ Et quantum elata valeat peltata securi,
„ Cara mihi, & veras inter non vltima natas.
Fatur, & occiduo libat cratera parenti.
Quisque suis tum vota deis, & pocula fundit:
Dent aciem, dent belligeros superare labores.
Ecce autem Geticis veniens Gradiuus ab antris,
Ingentémque trahens Arctoa per æquora nubem,
620 Aspicit Aeetæ Minyas stupefactus in vrbe,
Ambitúmque senem, promissáque vellera puppi
Thessalicæ: citus ad summi stellantia patris
Tecta ruit, questúque Iouem testatur acerbo:
„ Quæ studiis rex magne quies? iam mutua vidi
„ Exuuia: in solos hominum molimur honores:
„ Téque ea cuncta iuuant, rabidam qui Pallada cælo
„ Non abigis, neque femineis ius obicis ausis.
„ Num querar, exstructa quòd vexerit ipsa carina
„ Vellera sacra meis sperantem auertere lucis,
630 Quódque palam tutata viros? sic cetera pergat
„ Si valet, insidiis quæ nunc fallacibus ambit,
„ Nostra vt Phryxæo spolientur templa metallo.
„ Non opus auxilio Colchis, nec fœdere vestro:
„ Et Persen simul, & Minyas deposcimus hostes.

,, *Quin age: quid tantæ coëunt in prœlia gentes?*
,, *Quid tuus Aesonides? imus nos, protinus imus,*
,, *In nemus auriferum, & sumtis decernimus armis.*
,, *Vel tu sola polo tacitis inopina tenebris*
,, *Labere: quantus ibi deus experiere: nec illas*
640 *Astiteris impune trabes. an Martia templa*
,, *Intemeranda minus, tacitus mihi lucus & agger,*
,, *Quod rudis: & sola colimur frigentibus umbra?*
,, *Est amor, & rerum cunctis tutela suarum:*
,, *Et tibi magne pater terris donaria certant:*
,, *Est honor his etiam suus. anne ego clara Mycenis*
,, *Culmina, virgineas præder si Cecropis arces,*
,, *Iam coniunx, iam te gemitu, lacrimisque tenebit*
,, *Nata querens? metuant ergo, nec talia poscant.*
,, *Non tulit hæc animis, quin longa silentia Pallas*
650 *Rumperet, irridens strepitumque minasque Gradiui:*
,, *Nō tibi Bystonidæ, quibus hæc fera murmura iactes,*
,, *Non Lapithæ, sed Pallas, ait: neque ego ægide digna,*
,, *Nec vocer ulterius proles Iouis, excidat iste*
,, *Ni tibi corde tumor: lituos mox armaque faxo*
,, *Oderis, & primis adimam tua nomina bellis.*
,, *Quin simili matrem demens grauitate secutus:*
,, *Digna quidem, monstrum superis quæ tale creauit.*
,, *Quod tamen aggressæ scelus, aut quo crimine sontes*
,, *Si iuuenem, qui iussa sui tam dira tyranni*
660 *Impauidus, maria & non dum qui nota subibat,*
,, *Iuuimus, & magnis aliquam spem mouimus ausis?*
,, *An nullas præferre preces, nec fœdera regis*
,, *Ulla sequi: cæca sed cuncta impellere pugna*
,, *Debuimus? sic Thraces agunt, sic turbidus iste*
,, *Si qua petit. cuperem hæc etiam nunc bella remitti,*
,, *Nec socias armare manus: da vellera rector,*
,, *Et medio nos cerne mari. quòd si nea Mauors*

Abnegat,

„ *Abnegat,& solus nostris sudoribus obstat:*
„ *Ibimus indecores,frustráque tot æquora vecta,*
470 *Fassáque quæ nequeam? sic femina: cœperat ardens*
Hic iterum alternis Mauors insurgere dictis.
Excipit hinc contrà pater,& sic voce coercet:
„ *Quid vesane fremis? cùm vos iam pœnitet acti,*
„ *Peccatúmque satis: tunc ad mea iura venitis.*
„ *Quolibet ista modo, quacumque impellite pugna*
„ *Quæ cœpistis: habent quoniam sua fata furores.*
„ *Te tamen hoc coniunx, & te mea nata monebo:*
„ *Sit Persen pepulisse satis: nec vana retentet*
„ *Spes Minyas, finémve velint imponere bello.*
660 *Illum etenim talis rerum manet, accipite, ordo.*
„ *Victa retro nunc castra dabit, bellúmque remittet*
„ *Territus aduentu ducis, & virtute Pelasgi:*
„ *Mox vbi Thessalicis referent hos flamina terris,*
„ *Tunc aderit, victórque domos & sceptra tenebit:*
„ *Donec & Aeeten inopis post longa senecta*
„ *Exsilia, heu magnis quantum licet impia fatis,*
„ *Nata iuuet: Graiúsque nepos in regna reponat.*
„ *Hic labor, amborumque hæc sunt discrimina fratrũ:*
„ *Vadite, & aduersis, vt quis volet, irruat armis.*
670 *Dixerat. instaurat mensas, pacémque reducit,*
Et iam sideream noctem dimittit olympo.
Tunc assuetus adest Phlegræas reddere pugnas,
Musarum chorus, & citharæ pulsator Apollo:
Fértque grauem Phrygius circum cratera minister.
Surgitur in somnos, séque ad sua lumina flectunt.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON

LIBER VI.

AT VIGIL *hisdem ardet Furiis Gradiuus,& acri*
Corde tumet : nec quas acies, quæ castra sequatur,
Inuenit:ire placet tandem,præsénsque tueri,
Sternere si Minyas,magnóque rependere luctu
Regis pacta queat:Graiámque absumere puppim.
Impulit hinc currus,monstrum irreuocabile belli,
Concutiens,Scythiæque super tentoria sistit:
Protinus è castris fugit:sopor excita tela:
Turbati coiere duces:hos insuper ingens
10 *Fama mouet,rate quæ sacra vulgabat Achiuos*
Aduenisse,sui repetentes vellera Phryxi:
Quos malus hospitio,iunctáque ad fœdera dextra
Luserit Aeetes,atque in sua traxerit arma.
Ergò,consiliis dum nox vacat alta mouendis,
Legatos placet ire duces:mandatáque Perses
Edocet affari Minyas,fraudémque tyranni
Vt moneant:quisnam hinc animos auerterit error,
Se primum Hæmoniis hortatum ea vellera terris
Reddere,& exuuias pecudis dimittere sacra:
20 *Hinc odium,& tanti venisse exordia belli.*

Quin

Quin potiùs dextrámque suam, ſudmque arma ſequantur,
Aut remeent: neque enim Aeeta promiſſa, fidémque
Eſſe loco: abſtineant alienæ à ſanguine pugnæ:
Non illos ideo tantos veniſſe labores
Per maris ignoti. quid opus concurrere, nec quos
O leris? hæc medio Perſes dum tempore mandat:
Aureus effulſit campis rubor: armáque & acres
Sponte ſua ſtrepuere tubæ: Mars ſæuus ab altis
30 *Hoſtis Io, conclamat, equis, agite, ite, propinquat:*
Ac ſimul hincColchos, hinc fundit in æquora Perſen:
Tunc & quæque ſuis committit prœlia terris,
Vóxque dei pariter pugnas audita per omnes.
Hinc, age, Riphæo quos videris orbe furores
Muſa, mone: quanto Scythiam molimine Perſes
Concierit, quîs fretus equis per bella, viríſque.
Verùm ego nec numero memorem, nec nomine cunctos
Mille vel ora mouens: neque enim plaga gentibus vlla
Ditior: æterno quanquam Mæotia pubes
40 *Marte cadat: pinguis numquam tamen vbere deſit,*
Quod geminas Arctos, magnúmque quod impleat anguem.
Ergo duces, ſoláſque, deæ, mihi promite gentes.
Miſerat ardentes, mox ipſe ſecutus, Alanos,
Heniochóſque truces, iampridem infenſus Anauſis;
Pacta quod Albano coniunx Medea tyranno:
Neſcius, heu, quanti thalamos aſcendere monſtri
Arſerit, atque vrbes maneat qui terror Achæas:
Gratior ipſe deis, orbáque beatior aula.
Proxima Biſalta regio, ductórque Colaxes
50 *Sanguis & ipſe deûm; Scythicis quem Iupiter oris*

Progenuit;viridem Miracen, Tibisenáque iuxta
Hostia;semifero (dignum si credere) captus
Corpore,nec Nymphæ geminos exhorruit angues.
Cuncta phalanx,insigne Iouis,cælatáque gestat
Tegmina,dispersos trifidis ardoribus ignes:
Nec primus radios,miles Romane,corusci
Fulminis,& rutilas scutis diffunderis alas.
Insuper auratos collegerat ipse dracones
Matris Horæ specimen, linguísque aduersus vtrimque
60 *Congruit, & tereti serpens dat vulnera gemmæ.*
Tertius vnanimis veniens cum millibus Auchus
Cimmerias ostentat opes: cui candidus olim
Crinis inest,natale decus:dat longior ætas
Iam spacium,triplici percurrens tempora nodo:
Demittit sacro geminas à vertice vittas.
Dathin Achæmeniæ grauior de vulnere pugnæ.
Misit in arma Darabs;acies quem Martia circum
Gangaridûm, potáque Gerys quos efferat vnda,
Quique lacum cinxere Bicen: non defuit Anxur,
70 *Non Radalo cum fratre Fidon:Iacesinâque læuo*
Omine,fatidica Phryxus mouet agmina cerua.
Ipsa comes, setis fulgens,& cornibus aureis,
Ante aciem celsi vehitur gestamine conti;
Mæsta necis sæuæ luco reditura Dianæ.
Mouit & Hylaa supplex cum gente Syenem
Impia germani prætentans vulnera Perses.
Densior haud vsquam, nec celsior extulit vllas
Silua trabes;fessæque priùs redière sagittæ,
Arboris ad summum quàm peruenere cacumen.
80 *Quin & ab Hyrcanis Titanius expulit antris*
Cyris in arma viros:plaustrísque ad prœlia cuncta
Coraleta traxere manus:ibi sutilis illis

Et

Et domus,& crudo residens sub vellere coniunx,
Et puer è primo torquens temone cateias.
Linquitur abruptus pelago Tyra;linquitur & mons
Ambenus,& gelidis pollens Ophiusa venenis.
Degeneréſque ruunt Sindi;glomerántque paternæ
Crimine, nunc etiam metuentes verbera turmas.
Hos super aratam Phalces agit æquore nubem
90 *Cum fremitu;denſique leuant vexilla Coralli:*
Barbaricæ quîs signa rotæ,ferratáque dorſo
Forma suum,truncæque Iouis ſimulachra columnæ:
Prælia nec rauco curant incendere cornu;
Indigenas ſed rite duces & priſca ſuorum
Facta canunt, veterúmque viris hortamina laudes.
Aſt vbi Sidonicas inter pedes æquat habenas;
Illinc iuratos ſecum trahit Aea Baternas:
Quos duce Teutagono,crudi mora corticis armat,
Aequáque nec ferro breuior,nec romphea ligno.
100 *Nec procul albentes gemina fert aclyde parmas,*
Hiberni qui terga Noæ,gelidúmque ſecuri
Eruit,& tota non audit Alazona ripa:
Quóſque Tarax , niueúmque ferax Euarchus olorum.
Te quoque venturis ingens Ariaſmene ſæclis
Tradiderim;molem belli,latéque ferentem
Vndique falcatos deſerta per æquora currus.
Inſequitur Drangæa phalanx;clauſtríſque profuſi
Caſpiadæ:quîs turba canum,non ſegnius acres
Exilit ad lituos , pugnáſque capeſſit heriles:
110 *Inde etiam pars mortis honos,tumulíſque recepti*
Inter auos,poſitúſque virûm: nam pectora ferro,
Terribiléſque innexa iubas ruit agmine nigro
Latratúque cohors:quanto ſonat horrida Ditis
Ianua, vel ſuperas Hecates comitatus ad auras.

Ducit ab Hyrcanis vates sacer agmina lucis
Varus: eum Scythia iam tertia viderat ætas,
Magnanimos Minyas, Argoáque vela canentem.
Illius & dites monitis spondentibus Indi,
Et centum geminæ longæua noualia Thebes,
120 *Totáque Riphæo Panchaia rapta triumpho.*
Discolor hastatas effudit Iberia turmas,
Quas Otaces, quas Latris agunt, & raptor amorum
Neurus, & expertes canentis Iazyces æui.
Nam vbi iam, viré sque aliæ, notósque refutat
Arcus, & incœptus iam lancea temnit heriles;
Magnanimis mos ductus auis, haud segnia mortis
Iura pati; dextra sed cara occumbere prolis
Ense dato: rumpúntque moras, natúsque, parénsque,
Ambo animis, ambo miseri tam fortibus actis.
130 *Hîc & odorato spirantes crine Micelæ,*
Cessæáque manus; & qui tua iugera nondum
Eruis ignotis insons Arimaspe metallis.
Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.
Non ego sanguineis gestantem tympana bellis
Thyrsageten, cinctúmque vagis post terga silebo
Pellibus, & nexas viridantem floribus hastas.
Fama, ducem Iouis, & Cadmi de sanguine Bacchum,
Hac quoque turiferos, felicia regna, Sabæos,
140 *Hac Arabas fudisse manu; mox rumperet Hebri*
Cum iuga, Thyrsagetas gelida liquisse sub Arcto.
Illis omnis adhuc veterum tenor, & sacer æris
Pulsus, & Eoa memoratrix tibia pugnæ.
Iungit opes Eumeda suas: sua signa secuti
Exomatæ, Toriníque & flaui crine Satarchæ:

Mellis

Mellis honos Torinis; ditant sua mulctra Satarchē;
Exomatas venatus alit; nec clarior vllis
Arctos equis; abeunt Hypanin, fragilémque per vndam
Tigridis, aut sæua profugi cum prole leæna,
150 *Mastáque suspectæ mater stupet aggere ripæ.*
Impulit & dubios Phryxæi velleris ardor
Centoras, & diros magico terrore Choatras.
Omnibus in superos sæuus honor: omnibus artes
Monstrificæ: nunc vere nouo compescere frondes;
Nunc subitam trepidis Mæotin soluere plaustris.
Maximus hos inter stygia venit arte Choastes:
Sollicitat nec Martis amor; sed fama Citææ
Virginis, & paribus spirans Medea venenis.
Gaudet auerna palus, gaudet iam nocte quieta
160 *Portitor, & toto veniens Latonia cælo.*
Ibant & geminis æquantes cornibus alas
Ballonoti: comitúmque celer mutator equorum
Mæsius; & ingentis frenator Sarmata conti:
Nec tot ab extremo fluctus agit æquore: nec sic
Fratribus aduersa Boreas respondet ab vna;
Aut is apud fluuios volucrum sonus: æthera quantus
Tunc lituûm concentus agit, lymphatáque miscet
Millia: quot folijs, quot floribus incipit annus.
Ipse rotis gemit intus ager: tremebundáque pulsu
170 *Nutat humus: quatit vt sæuo cum fulmine Phlegram*
Iupiter, atque imis Typhoëa verberat aruis.
Prima tenent illinc patrijs Absyrtus in armis,
Et gener; ingentésque inter sua millia reges.
At circa Æsonidē, Danaûm manus, ipsáque Pallas,
Ægide terrifica; quam nec dea lassat habendo,
Nec pater horrentem colubris, vultúque tremendam

Gorgoneo,nec femineces oftendere crines
Tempus adhuc:primásque finit concurrere pugnas.
Impulit hos contrà Mauors pater,& mala leti
180 *Gaudia,Tesiphonéque caput per nubila tollens*
Ad sonitum litui,mediáque altissima pugna,
Nec dum clara,quibus sese fuga mentibus addat.
Illi vbi confertis iunxere frementia telis
Agmina,vírque virum galeis afflauit adactis:
Continuò hinc obitus,perfractáque cędibus arma,
Corporáque:alternus cruor,alternaque ruinæ:
Voluit ager galeas, & thorax egerit imbres
Sanguineos:hinc Barbarici glomerantur ouatus,
Hinc gemitus,mixtaque virûm cum puluere vita.
190 *Caspius Aeeum correpto crine Monesen*
Abstulit:hunc pariter Colchi,Graíque sequuntur
Missilibus:rapit ille necem,prædámque relinquit:
Nec sociis iam cura viri. Dipsanta Caresus,
Strimonáque obscura spargentem vulnera funda,
Deicit: Albani cadit ipse Chremedonis hasta:
" *Iámque latet,currúsque super,turmæque feruntur.*
" *Processere Melas,& Hidesmenus:incipit hasta*
Ante Melas: leuis ast abies elusit vtrumque:
Ensibus inde ruunt: prior occupat ære citato
200 *Cassidis ima Melas:infracta est vulnere ceruix:*
Mixta perit virtus:nescit cui debeat Oebreus,
Aut cui fata Tyres.dum sibila respicit Iron,
Cuspidis Argiuæ:Pyliam latere accipit hastam.
Viderat Hircanos paribus discurrere fratres
Castor equis:pater armento quos diues ab omni
Nutrierat,fatisque viam monstrarat iniquis:
Tum magis atque magis,peditem candore notato
Tyndariden incendit amor: simul obuius hastam
Pectus in aduersum grauiter iacit alipedémque:
Constitit

210 *Constitit excusso victor duce: risit ab alta*
Nube pater, prensisque equitem cognouit habenis.
At pariter luctúque furens, visúque Medores,
Tyndariden petit: & superos sic voce precatur:
Hunc, age, vel caso comitem me reddite fratri:
Primus & hic nostra sonipes cadat impius hasta:
Credita qui misero non retulit arma parenti,
Méque venit contra, captiuáque terga ministrat.
Dixerat. Actas sed cum prior hasta Phaleri
Deiicit: ad socias sonipes citus effugit alas.
220 *Quis tibi fatales vnquam metuisset Amyclas,*
Oebaliámque manum tot Rhyndace montibus inter
Diuiso, totidémque fretis? cadit impiger vnà,
Inguine transfosso clari Taulantis alumnus
Semidea genitrice Tages: cui plurima siluis
Peruigilat materna soror, cultúsque laborat.
Tenuia non illum candentis carbasa lini,
Non auro depicta clamis, non flaua galeri
Casaries, pictóque iuuant subtemine brace.
Iámque nouus media stupefacta per agmina pugnæ
230 *Vidit eques, densa spargens hastilia dextra:*
Fulmineúmque viris proturbans ingerit ensem:
Huc alternus & huc: cùm sauiôr, ecce, iuuentus
Sarmatica coiere manus, fremitúsque virorum
Semiferi: riget his molli lorica catena:
Id quoque tegmen equis: agitur porrecta per armos:
Et caput ingentem campis hostilibus vmbram,
Fert abies obnixa genu. vadúque virûm vi,
Vadit equûm, docilis relegi docilísque relinqui,
Atque iterum medios non aliter ire per hostes.
240 *Orbibus hos rabidis, molliique per æquora Castor*
Anfractu leuioris equi, deludit anhelos,
Immemoréśque mori: sed non hisdem artibus equè

Concurrunt, vtróque ruunt in funera Colchi.
Campesus, impacta latus inter, & ilia quercu
Tollitur, ac mediam moriens descendit in hastam.
Oebasus infestum summisso poplite Phalcen
Euasisse ratus: læuum per luminis orbem
Transfigitur: teneræ liquuntur vulnere malæ.
Contrà autem geminis fidens thoracibus, ictum
250 *Sustulit, & gladio Sibotes ferit vltima teli,*
Nequiquam: iam cuspis inest, nec fragmina curat
Ambenus, & trunco medium subit Otrea ligno.
Semine cem Taxes. Hipanim vehit, atque remissum
Ponè trahit fugiens, & cursibus exuit hastam:
Dúmque recollectam rursus locat: irruit vltro,
Turbatúmque Lacon, & adhuc inuadit inermem.
Impulit aduerso præceps equus Onchea conto,
Nequiquam totis reuocantem viribus armos.
In latus accedit sonipes: accedit & ipse
260 *Frigidus: arma cadunt, rorat procul vltima cuspis.*
Qualem populeæ fidentem nexibus vmbræ,
Si quis auem summi deducat ab arbore rami,
Antè manu tacita, cui plurima creuit harundo:
Illa dolis, viscóque super correpta sequaci
Implorat ramos, atque irrita concitat alas.
Parte alia infestis (nam fors ita iunxit) in armis
Styrus adest: lætúsque virum cognoscit Anausin:
Et prior: En cuius thalamis Aeetia virgo
Dicta manet, nostrósque feret qui victor amores:
270 *En, ait, inuitóque gener mutabere patri.*
Tum simul aduersas collatis cursibus hastas
Coniciunt: fugit adductis Albanus habenis
Saucius, atque datum, leto non sperat Anausin,
Nec videt. ille autem: Telo moribundus adacto
Ad soceros, pactæque sinus, en, coniugis, inquit,
Styre fugis:

Styre fugis; vulnus referens, quod carmine nullo
Sustineat, nullísque leuet Medea venenis.
Dixerat: extremus cùm lumina corripit error,
Vóxque repressa gelu, percussáque vertice tellus.
280 *Hinc animos acies auget, magnóque doloris*
Turbine, Gesandrum Mauors rapit: ille morantes
Increpat, & stricto sic vrget Iazycas ense:
Nempe omnes cecidere senes; nempe omnis ademtus
Ante pater. quæ vos subitò tam fœda senectus
Corripuit, fregítque animos, atque abstulit iras?
Aut mecum mediam iuuenes, agite, ite per vrbem
Argolicámque manum; aut claris occumbite fatis.
Irruit, & patrias cœptis ferus aduocat vmbras:
Sancte mihi Vorapte pater tua pectora nato
290 *Suggere nunc, animámque parem; si fata perosô*
Tarda tibi, turpésque moras, non segnius ipsi
Paruimus, paruique etiam didicere nepotes.
Hæc ait, auditúrque Erebo: tunc corripit ensem
Turbidus, & Furiys ardens quatit arma paternis.
Indigenis sacratus aquis, magníque sacerdos
Phasidis Arctoïs Aquites errabat in armis:
Populeus cui frondis honor, conspectáque glauca
Tempora nectuntur ramo; te Cyrne parentis
Inmemorem duræ cupiens abducere pugnæ;
300 *Iámque omnes impunè globos, diuersáque lustrans*
Agmina, quem quærit, nusquam videt, atque iterum
intrat
Vociferans, iterum belli diuersa peragrat:
Lancea cæruleas circum strepit incita vittas.
Opprimit ammissis ferus hunc Gesander habenis.
Ille manum trepidans, atque irrita sacra tetendit:
„ *Téque, per hanc, inquit, genitor tibi si manet, oro*
„ *Caniciem, compesce minas, & sicubi nato*

„ *Parce meo. dixit. contrà sic victor adacto*
„ *Ense refert: Genitor, turpi durare senecta*
310 *Quem mihi reris adhuc; ipse hac occumbere dextra*
„ *Maluit, atque vltro segnes abrumpere metas.*
„ *Et tibi si pietas nati, si dextra fuisset;*
Haud medÿ precibus tereres nunc tempora belli,
Præda futuræ canum. iuueni fors pulchrior omni;
Et certare manu decet, & caruisse sepulchro.
Dixerat. ille deos moriens, cælúmque precatur,
Dextera ne misero talis foret obuia nato.
Te quoque, Canthe, tui non inscia funeris Argo
Fleuit, ab inuita rapientem tela carina:
320 *Iam Scythicos miserande sinus, iam Phasidis amnem*
Contigeras, nec longa dies, vt capta videres
Vellera, & Euboicis patrios de montibus ignes.
Illum vbi congressu subÿt Gesander iniquo;
Territat his: Tu qui faciles, hominúmque putasti
Has Argiue domos; alium hîc miser aspicis annum,
Altricémque niuem, festináque tædia vitæ.
Non nos aut lentis componere brachia remis
Nouimus, aut ventos opus expectare ferentes:
Imus equis, quà vel medio riget æquore pontus,
330 *Vel tumida premit Hister aqua: nec mœnia nobis*
Vestra placent: feror Arctois non liber in aruis
Cuncta tenens mecum: omnis amor, iacturáque plaustri
Sola; nec hac longum victor potiere rapina.
Ast epulæ quodcunque pecus, quæcumque ferarum,
Mitte Asiæ, mitte Argolicis mandata colonis;
Ne trepident, numquam has hiemes, hæc saxa relinquant
Martis agro: subitam sæui duranimus amne

Proge-

Progeniem, natósque rudes: vbi copia leti
Tanta viris: sic in patrijs bellare pruinis
340 *Prædaríque iuuat, talémque hanc accipe dextram.*
Dixit, & Aedonijs nutritum missile ventis
Concitat: it medium per pectus & horrida nexu
Letifer æra chalybs: trepidus super aduolat Idas,
Ac simul Oenides, paritérque Menœtius, & qui
Bebricio propius remeauit ab hospite victor.
At verò ingentem Telamon procul extulit orbem,
Exanimem te Canthe tegens: ceu septus in arto
Dat catulos post terga leo: sic comminus hastam
Aeacides, gressúmque tenet, contráque ruentem
350 *Septeno validam circumfert tegmine molem.*
Nec minus hinc vrget Scythiæ manus: armáque Canthi,
Quisque sibi, & Graio pœnam de corpore poscens.
Arduus inde labos, medióque in corpore pugna
Conseritur: magno veluti cùm turbine sese
Ipsius Aeoliæ frangunt in limine venti,
Quem pelagi rabies, quem nubila, quémque sequatur
Illa dies: obnixa virûm sic comminus hæret
Pugna: nec arrepto velli de corpore possunt.
Vt bouis exuuias multo qui frangere oliuo.
360 *Dat famulis; tendunt illi, tractúque vicissim*
Taurea terga domant: pinguis fluit vnguine tellus.
Talis vtrimque labos; raptatáque limite in arcto
Membra viri miseranda meant. hi tendere contrà;
Hi contra, alternæque virûm non cedere dextræ.
Hinc medium Telamon Canthum rapit; hinc tenet ardens
Colla viri, & molles galeæ Gesander habenas:
Insonuit quæ lapsa solo, dextrámque fefellit.

Ille iterum in clypei septemplicis improbus orbem
Arietat, & Canthum sequitur, Canthúmque reposcit:
370 *Quem manus à tergo socium rapit, atque receptum*
Virginis Euriales curru locat: aduolat ipsa;
Ac simul Hæmonida, Gesandrúmque omnis in vnum
It manus: ille nouas acies & virginis arma
Vt videt, Has etiam contra bellabimus, inquit?
Heu pudor: inde Lycen ferit ad confine papillæ:
Inde Thoen, qua pelta vacat. idmque ibat in Harpen,
Vix dum prima leui ducentem cornua neruo,
Illabentis equi tendentem frena & Henippen:
Cùm regina grauem nodis, auróque securim
Congeminans, partem capitis, galeaque ferinæ
380 *Dissipat; hic pariter telorum inmanis in vnum*
It globus: ille diu coniectu sufficit hastis:
Quin grauior, nutúque carens exterruit Idam.
Tunc ruit vt montis latus, aut vt machina muri,
Quæ scopulis, trabibúsque diu, confectáque flammis
Procubuit tamen, atque ingentem propulit vrbem.
Ecce locum, tempúsque ratus, idmque & sua posci
Prœlia, falcatos inferi Ariasmenus axes,
Sæuáque diffundit sociûm iuga: protinus omnes
390 *Graiugenas, omnes rapturus ab agmine Colchos.*
Qualiter exosus Pyrrhæ genus, æquora rursus
Iupiter, atque omnes fluuiûm si fundat habenas:
Ardua Parnasi lateant iuga, cesserit Othrys
Piniger, & mersis decrescant rupibus Alpes.
Diluuio tali, paribúsque Ariasmenus vrget
Excidiis, nullo rapiens discrimine currus.

Aegi-

Aegida tum primùm virgo spirámque Medusæ
Tercentum sæuis squalentem sustulit hydris,
Quam soli vidistis equi: pauor occupat ingens
400 *Excussis in terga viris: dirámque retorquet*
In socios non sponte luem: tunc ensibus vncis
Implicat, & trepidos lacerat discordia currus.
Romanas veluti sæuissima cùm legiones
Tesiphone regésque mouet: quorum agmina pilis,
Quorum Aquilis vtrimque micant, eadémque parentis
Rura colunt: idem lectos ex omnibus agris
Miserat infelix non hæc ad prœlia Tybris.
Sic modò concordes, externáque fata petentes
Palladij rapuere metus: sic in sua versi
410 *Funera concurrunt dominis reuocantibus axes.*
Non tam fœda virûm Laurentibus agmina terris
Eiecere Noti: Libyco nec talis imago
Litore, cùm fractas inuoluunt æquora puppes.
Hinc bijuges, illinc artus tenduntur heriles,
Quos radij, quos frena secant: trahitúrque trahitque
Currus cæde madens: atrâque in puluere regum
Viscera: nunc alijs, alijs nunc curribus hærent.
Haud vsquam Colchorum animi: neque cura cauere
Tela: sed implicitos miseráque in veste reuinctos,
420 *Confodiunt: ac forma necis non altera surgit:*
Quam ceruos vbi non Vmbro venatur edaci,
Non penna petit, hærentes sed cornibus altis
Inuenit, & cæca constrictos accipit ira.
Ipse recollectis audax Ariasmenus armis
Desilit: illum acies curuæ secat vndique falcis,
Partitúrque rotis: atque inde furentia raptus
In iuga, Circæos tetigit non ampliùs agros.

Talia certatim Minyæ, ſparsíque Cytæi
Funera miſcebant campis, Scythiámque premebant:
430 *Cùm Iuno Aeſonidæ non hanc ad vellera cernens*
Eſſe viam, nec ſic reditus regina parandos,
Extremam molitur opem; funeſta priuſquàm
Conſilia, ac feras aperit rex perfidus iras.
Increpat & ſæuis Vulcanum mæſta querelis,
Cuius flammiferos videt inter regia tauros
Paſcua, Tartaream proſtantes pectore noctem.
Hæc etenim, Minyas ne iungere Marte peracto
Monſtra, ſatis iubeat Cadmæi dentibus hydri,
Ante diem timet, & varias circumſpicit artes:
440 *Sola animo Medea ſubit: mens omnis in vna*
Virgine: nocturnis quâ nulla potentior aris.
Illius ad fremitus, ſparſóſque per auia ſuccos
Sidera fixa pauent, & aui ſtupet orbita Solis:
Mutat agros, fluuiûmque vias; ſuus alligat igni
Cuncta ſopor: recolit feſſos ætate parentes,
Dátque alias ſine lege colus. hanc maxima Circe
Terrificis mirata modis, hanc aduena Phryxus:
Quamuis Atbracio lunam ſpumare veneno
Sciret, & Hæmonijs agitari cantibus vmbras.
450 *Ergò opibus magnis, & virginitate tremendam,*
Iuno duci ſociam coniungere quærit Achiuo:
Non aliam tauris videt & naſcentibus armis
Quippe parem, neque, quæ medio ſtet in agmine flammæ:
Nullum mente nefas, nullos horreſcere viſus:
Quid ſi cæcus, amor. ſæuíſque acceſſerit ignis?
Hinc Veneris thalamos, ſempérque recentia ſertis
Tecta petit. viſa iamdudum proſilit altis
Diua thoris, volucrúmque exercitus omnis amorum.

Ac

Ac prior hanc blandis supplex Saturnia dictis
460 *Aggreditur, veros metuens aperire timores:*
In manibus spes nostra tuis, omnísque potestas
Nunc, ait; hoc etiam magis annue vera fatenti.
Durus vt Argolicis Tirynthius exsulat oris;
Mens mihi non eadem Iouis, atque aduersa volun-
tas:
Nullus honor thalamis, flammæue in nocte priores.
Da precor artificis blanda aspiramina formæ
Ornatúsque tuos; terra cæloque potentes.
Sensit diua dolos, iam pridem sponte requirens
Colchida, & inuisi genus omne excindere Phœbi.
470 *Tum verò optatis potitur; nec passa precari*
Vlterius, dedit acre decus, fecundáque monstris
Cingula, non pietas quibus, aut custodia famæ,
Non pudor: at contra leuis, & festina cupido,
Affatúsque mali, dulcísque labantibus error,
Et metus, & demens alieni cura pericli.
Omne, ait, imperium, natorúmque arma meorum
Cuncta dedi; quascumque libet, nunc concute men-
tes.
Cingitur arcanis Saturnia læta venenis,
Atque hinc virgineæ venit ad penetralia sedis;
480 *Chalciopen imitata sono, formáque sororem.*
Fulsit ab inuita numen procul, & pauor artus
Protinus, atque ingens Aeetida perculit horror:
» *Ergo nec ignotis Minyas huc fluctibus, inquit,*
» *Aduenisse soror, nec nostro sola parenti*
» *Scis socias iunxisse manus? at cetera muros*
» *Turba tenet, frustráque virûm cælestibus armis.*
» *Tu thalamis ignara sedes, tu sola paterna*
» *Fixa domo? tales quando tibi cernere reges?*
Illa nihil contrà: nec enim dea passa: manúmque

490 *Implicat: & rapidis mirantem passibus aufert.*
Ducitur infelix ad mœnia summa, futuri
Nescia virgo mali, & falsæ commissa sorori.
Lilia per vernos lucent velut alba colores,
Præcipuè quîs vita breuis, totúsque parumper
Floret honor, fuscis & iam Notus imminet alis,
Hanc residens altis Hecate Perseïa lucis
Flebat, & has imo referebat pectore voces:
„ *Deseris, heu, nostrum nemus, æqualésque cateruas*
„ *Ah misera, vt Graias haud sponte vageris ad vrbes:*
500 *Non iniussa tamen, neque te mea cura relinquam:*
„ *Magna fugæ monimenta dabis: spernêre nec vsquam*
„ *Mendaci captiua viro, méque ille magistram*
„ *Sentiet, & raptu famulæ doluisse pudendo.*
Dixerat. ast illa murorum extrema capessunt,
Defixaque virûm liquûmque fragoribus horrent.
Quales instanti nimborum frigore mæstæ
Succedunt ramis, hæréntque pauore volucres.
Iámque Getæ, iámque omnis Iber, Drancæáque densa
Strage cadit legio, & latis prosternitur aruis:
510 *Seminecésque duces inter sua tela, suósque*
Inter equos, sæuam misero luctamine versant
Congeriem, & longis campos singultibus implent.
Victores contrà patrium Pæana Geloni
Congeminant: eadem redeunt mox gaudia victis:
Qua deus & melior belli respexit imago.
Quis tales obitus dederit, quis talia facta,
Dic age, túque ferì reminiscere Musa furoris.
Absyrtus, clypei radijs, currúque coruscus
Solis aui: cuius vibrantem comminus hastam
520 *Cernere, nec galeam gentes potuere minantem:*

Sed

Sed trepidæ redeunt,& verso vulnera tergo
Accipiunt,magnisque fugam clamoribus augent:
Proterit impulsu grauis agmina, corporáque atris
Sternit equis,gemitúsque premit spirantis aceruì.
Nec lenior comitatur Aron:horrentia cuius
Discolor arma super,squalentésque are lacertos,
Barbarica clamis arcet acu,tremefactáque vento
Implet e quum.qualis roseis it Lucifer alis,
Quem Venus illustri gaudet producere cælo.
530 *At non inde procul Ramelus, & acer Otaxes,*
Dispulerant Colchos, paritérque inglorius armis
Fraude noua stabula,& furtis assuetus inultis
Depopulare greges:frontem cum cornibus auxit
Hispidus,inque dei latuit terrore Lycæi.
Hac tunc attonitos facie defixerat hostes.
Quem simul ignota formidine bella mouentem
Vidit Aron:Pauidos te,inquit,nunc rere magistros,
Et stolidum petiisse pecus:non pascua,nec spes
Hic tibi nocturnis,mitte hæc simulacra, rapinis:
540 *Néve deum mihi finge: deus quoque confere dextram.*
Sic ait,intentáque adiutum missile planta
Dirigit:& laxis patuerunt vulnera villis.
Nec minus Æolii proles Æetia Phryxi
Fertur & ipsa furens:ac se modò læta Cytæis
Agminibus,modò cognatis ostentat Achiuis.
Atque hos in medio duri discrimine belli,
Laudibus inque ipsis gaudens vbi vidit Iason:
Macte,ait,ô nostrum genus, & iam certa propago,
Æolia nec opina domus:sat magna laborum
550 *Dona fero,satis hoc visu quæcunque rependo.*
Dixit,& in Sueten,magnúque in fata Cerambi
Emicuit:clypeúmque rotans, hunc poplite cæso

Deicit:illum aperit lato per pectus hiatu.
Argus utrumque ab equis ingenti porrigit ictu
Et Zacorum & Phalcen: peditem pedes haurit Amastrum.
Sanguinis ille globos,effusáque viscera gestat
Barbarus,& cassa frendens sublabitur ira.
Da Calais Barisanta neci,sempérque propinquas
Riphea venali comitantem sanguine pugnas.
560 *Centum lata hominum bellator corpora,centum*
Pactus equos:his ille animam lucémque rependit
Crudelis:tandem dulces iam cassus in auras
Respicit,ac nulla cælum reparabile gaza.
Labitur intortos per tempora cærula crines,
Tunc quoque materna velatus harundine Peucon.
At genitrix unis pariter Mæotis ab antris
Impleuit plangore lacus,natúmque vocauit,
Iam non per ripas,iam non per curua volantem
Stagna,nec in medio truncantem marmore ceruos.
570 *Eurytus Exomatas agit æquore. Nestoris hasta*
Immoritur primæuus Helix:nec reddita caro
Nutrimenta patri,breuibus præceptus in annis.
At Latagum Zeténque Daraps:illum exigit hasta,
Hunc fugat:ingentem subiti cùm sanguinis undam
Vidit,& extremo lucentia pectora ferro.
Ecce autem muris residens Medea paternis,
Singula dum magni lustrat certamina belli,
Atque hos ipsa procul densa in caligine reges
Agnoscit,quærítque alios Iunone magistra:
580 *Conspicit Æsonium longè caput:ac simul acres*
Huc oculos,sensúsque refert, animúmque fauentem:
Nunc quo se raperet,nunc quo diuersus abiret
Anteuidens:quótq; unus equos,quot funderet arma,
Orantésque viros quàm densis sterneret hastis:
Quáque

Quáque iterum tacito sparsit vaga lumina vultu,
Aut fratris quærens, aut pacti coniugis arma,
Seuus ibi miseræ, solúsque occurrit Iason.
Tunc his germanam aggreditur, ceu nescia, dictis:
» *Quis precor, is toto iam dudum feruere campo*
590 *Quem tueor, quémque ipsa vides? nam te quoq; tali*
» *Attonitam virtute reor. contrà aspera Iuno*
» *Reddit agens stimulis, ac diris fraudibus vrget:*
» *Ipsum, ait, Æsoniden cernis soror: æquore tanto*
» *Debita cognati repetit qui vellera Phryxi.*
» *Nec nunc laude prior generis, nec sanguinis vsquã.*
» *Aspicis vt Minyas inter, procerésque Cytæos*
» *Emicet effulgens, quantísque insultet aceruis:*
» *Etiam uela dabit, iam litora nostra relinquet,*
» *Thessaliæ felicis opes, dilectáque Phryxo*
600 *Rura petens: eat atque vtinam, superétque labores.*
Tantum effata, magis campis intendere suadet,
Cùm datur, ardentésque viri percurrere pugnas.
At simul hanc dictis, illum dea Marte secundo
Impulit, atque nouas egit sub pectora vires:
Ora sub excelso iam dudum vertice coni
Sæua micant, cursúsque ardescit: nec tibi Perse,
Nec tibi virgo, iubæ lætabile sidus Achiuæ,
Acer vt autumni canis, iratóque vocati
Ab Ioue fatales ad regna iniusta cometæ.
610 *Nec sua Crethiden latuit dea, vímque recentem*
Sentit agi membris, ac se super agmina tollit:
Quantus vbi ipse gelu, magnóque incanuit imbre
Caucasus, & summas abiit Hibernus in Arctos.
Tunc verò stabulis qualis leo sæuit opimis
Luxurians, spargitque famem, mutátque cruores:
Sic neque parte ferox, nec cede moratur in vna:
Turbidus inque omnes pariter furit: ac modò sæuo

Ense, modò infessa rarescunt cuspide pugnæ.
Tunc & terrificis sudantem crinibus Hebrum
610 Et Geticum Priona ferit: caput eripit Auchi,
Brachiáque, & vastis voluendum mittit harenis:
At genitus Ioue compleat sua fata Colaxes:
Idmque pater mæsto contristat sidera vultu,
Talibus ægra mouens nequiquam pectora curis:
» Hei mihi si duræ natum subducere sorti
» Molior, atque meis ausim confidere regnis:
» Frater adhuc Amyci mæret nece: cunctáque diuûm
» Turba fremunt, quorum nati cecidere, cadéntque:
» Quin habeat sua quemque dies: cunctísque negabo,
630 Quæ mihi, supremos miseros sic fatus honores
Congerit, atque animis moriturum ingentibus implet.
Ille volat campis, inmensáque funera miscet
Per cuneos: velut hiberno proruptus ab arcu
Imber agens scopulos, nemorúmque operúmque ruinas:
Donec ab ingenti Bacchatus vertice montis
Frangitur, inque nouum paullatim deficit amnem.
Talis in extremo proles Iouis emicat æuo:
Et nunc magnanimos Hypetaona Gesithoúmque,
Nunc Arinem Olbúmque necat: iam saucius Apren
640 Et desertus equo Tydrum pedes excipit hasta
Phasiaden: pecoris custos de more paterni
Caucasus ad primas genuit quem Phasidis vndas:
Hinc puero cognomen erat: famulúmque ferebant
Phasidis, intonso nequiquam crine parentes.
Idmque aliis instabat atrox, cum diua supremas
Rumpit iniqua colus, victórque aduênit Iason.
Excipit hunc sæua sic fatus voce Colaxes:
Vos Scythiæ saturare canes, Scythiaque volucres
Hui

Huc miseri venistis, at: saxúmque prehensum
650 *Illius & dextra gestamen, & illius aui,*
Concussa molitur humo: quod regia Iuno
Flexit in admoti caput, in fatúmque Monesi.
Præceps ille ruit: nato non depulit ictus
Iupiter; Æsonia vulnus fatale sed hasta
Per clypeum, per pectus abit: lapsóque cruentus
Aduolat Æsonides, mortémque cadentis acerbat.
Spargitur hinc, miserísque venit iam notus Alanis.
At regina virum (neque enim deus amouet ignem)
Persequitur lustrans, oculísque ardentibus hæret:
660 *Et iam læta minus præsentis imagine pugnæ,*
Castigátque metus, & quas alit inscia curas:
Respiciens, an vera soror: nec credere falsos
Audet atrox vultus, eadémque in gaudia rursus
Labitur, & sæuæ trahitur dulcedine flammæ.
Ac velut antè comas, ac summa cacumina siluæ
Lenibus alludit flabris leuis Auster: at illum
Protinus inmanem miseræ sensere carinæ.
Talis ad extremos agitur Medea furores:
Interdum blandæ direpta monilia diuæ
670 *Contrectat, miseróque aptat flagrantia collo,*
Quáque dedit teneros aurum Furiale per artus:
Deficit: ac sua virgo dea gestamina reddit.
Non gemmis, non illa leui turbata metallo,
Sed facibus, sed mole dei: quem pectore toto
Iam tenet: extremus roseo pudor errat in ore.
„ *Ac prior his: Credísne patrem promissa daturum*
„ *O soror, Argolicus cui dis melioribus hospes*
„ *Contigit? aut belli quantum iam restat acerbi?*
„ *Heu quibus ignota sese pro gente periclis*
680 *Obiicit. hæc fantem medio in sermone reliquit*
Incœpti iam Iuno potens, securáque fraudis.

Imminet è celsis audentius improba muris
Virgo, nec ablatam sequitur, quæritve sororem.
At quotiens vis dira ducum, densique repentè
Aesoniden pressere viri, cúmque omnis in vnum
Imber iit: totiens saxis pulsatur, & hastis.
Primáque ad infesti Lexanoris horruit arcus:
Alta sed Aesonium supra caput exit harundo,
Téque Caice petit. coniunx miseranda Caico
690 *Linquitur, & primo domus imperfecta cubili.*
Regius Eoïs Miraces interpres ab oris
Venerat, vt Colchos procul atque Aeetia Parthis
Fœdera donato non irrita iungeret auro.
Tum iuuenem terris Parca tenuere Cytæis,
Ac subiti Mauortis amor: simul armiger ibat
Semiuir, impubémque gerens, sterilémque iuuentam,
Ipse pharetratis residens ad frena tapetis:
Nunc leuis infesto procurrit in agmina curru,
Nunc fuga conuersas spargit mentita sagittas.
700 *At viridem gemmis, & Eoæ flamine siluæ*
Subligat extrema patriam ceruice tiaram,
Insignis manicis, insignis acinace dextro:
Improba Barbaricæ procurrunt tegmina plantæ.
Nec latuere diu sæuum spolia illa Syenem,
Pérque leuem & multo maculatam murice Tygrin
Concita cuspis abit: subitos ex ore cruores
Saucia Tygris agit, vitámque effundit herilem:
Ipse puer fracto pronum caput implicat arcu.
Sanguine tunc atro clauis ignea, sanguine vultus
710 *Et grauidæ maduere comæ, quas flore Sabæo*
Nutrierat, liquidóque parens signauerat auro.
Qualem si quis aquis, & fertilis vbere terræ
Educat, ac ventis oleam felicibus implet,
Nec labor assiduus, nec spes sua fallit alentem,

Iámque

Iámque videt primam tenero de vertice frondem:
Cum subitò immissis præceps Aquilonia nimbis
Venit hiems, nigráque euulsum tendit harena.
Haud secus ante vrbem Miraces, atque ipsius ante
Virginis ora cadit: sed non magis illa mouetur,
720 *Vnius ægra metu: quàm te Meleagre furentem,*
Quàm Talaum videt, aut pugnas miratur Acasti.
At satis hos ipsa gentes, campique videbant
Tempestate pari versis incumbere turmis:
Ante oculos fuga fœda ducum, largúsque cadentum
Et cruor, & currus dominis ingentibus orbi.
Non tulit hos Perses gemitus, cladémque suorum,
Tergáque versa tuens, hic cœlum questibus implet.
„ *Quid me iam patrius eiectum sedibus istas*
„ *Vt strucrem pugnas, Scythiámque in bella mouerem,*
730 *Vos superi, vos augurio iussistis inani?*
„ *Quid fratris meritas tua Iupiter omina pœnas*
„ *Promisere mihi? nobis Argoa parabas*
„ *Scilicet auxilia, & tantas coniungere vires.*
„ *Sæua quidem lucis miseris mora: dent tamen oro,*
„ *Vnum illum mihi fata diem, qui fallere Achiuos*
„ *Quisque velit: quóq; hūc videam virtute superbum*
„ *Æsoniden, tantos flentem sine honore labores.*
Dixerat hæc, pectúsque suis euerberat armis,
Et galeam fletu, galeam singultibus implet:
740 *Ibat & in medij præceps incendia belli:*
Ni prior aduersis Pallas vidisset ab armis:
Et secum: Ruit ecce ferox in funera Perses,
Quem genitor Colchis, solióque reponere fratris
Iam statuit: nostra vereor ne fraude parentum
Increpet, & culpam hanc magno terrore rependat.
Hæc dicens, atro nebulam diffundit amictu,
Stridentésque viri circum caput amouet hastas.

Ille super socias clementi turbine gentes
Erigitur, paullúmque leui raptatus in æthra,
750 *Iam tandem extremas pugnæ defertur in oras:*
Fortè vbi ferus Iber, Essedonæque phalanges,
Marte carent, solísque iuuant clamoribus agmen.
Nox simul astriferas profert optabilis vmbras,
Et cadit extemplo belli fragor: ægráque muris
Digreditur, longum virgo perpessa timorem.
Vt fera Nyctelij paullisper sacra resistunt:
Mox rapuere deum, iam iam quocumque parata
Thyades: haud alio remeat Medea tumultu,
Atque inter Graiúmque acies, patriásque phalanges
760 *Semper inexpletis agnoscit Iasona curis,*
Armáque, quíque caua superest de casside vultus.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON

LIBER VII.

TE QVOQVE *Thessalico iam serus ab hospite vesper*
Diuidit, & te iam tua gaudia virgo relinquunt:
Noxque ruit, soli veniens non mitis amanti.
Ergo vbi cunctatis extremo in limine plantis,
Contigit ægra thoros, & mens incensa tenebris:
Vertere tunc varios per longa insomnia questus,
» *Nec pereat quo scire modo: tandémque fateri*
» *Ausa sibi, paullum medio sic fata dolore est:*
» *Nunc ego quo casu, vel quo sic peruigil vsque*
10 *Ipsa volens errore trahor? non hæc mihi certè*
» *Nox erat ante tuos iuuenis fortissime vultus,*
» *Quos ego cur iterum demens iterúmque recordor*
» *Tam magno discreta mari? quid in hospite solo*
» *Mens mihi? cognati potiùs iam vellera Phryxi*
» *Accipiat, quæ sola petit, quæque vna laborum*
» *Caussa viro, nam quando domos has ille reuiset?*
» *Aut meus Æsonias quando pater ibit ad vrbes?*
» *Felicés medius qui se dare fluctibus ausi,*
» *Nec tantas timuere vias, talémque secuti*
20 *Hunc qui deinde virum: sed sic quoque talis abito.*

Tum iactat a thoro, túmque expectata cubili,
Ecce videt tenui candescere limen Eoo:
Nec minus insomnem lux orta refecit amantem,
Quàm cùm languentes leuis erigit imber aristas:
Gratáque iam fessis descendunt flamina remis.
At sua longarum Minyas iam cura viarum
Ammonet, inque ipso nequicquam tempore regem
Lætitiæ, meritíque petunt: quem passus Iason
Vota priùs, captásque deis accendere prædas,
30 *Prominet, atque oculos longè tenet: aurea si iam*
Pellis, & oblatis clarescant atria villis.
Ille autem iam iam vultus, vocésque paratas
Antè aperit, rumpitque moras, inque ipsa morantis
Prosilit ora viri, talíque effunditur ira:
„ *Orbe satos alio, sua litora regnáque habentes*
„ *Quis furor has medius tot fluctibus egit in oras,*
„ *Quísve mei vos tantus amor? tu prima malorum*
„ *Caussa mihi tu Phryxe gener: non te æquore mersum*
„ *Quo soror; vt felix nullos nunc nomine Graios*
40 *Nossem ego: quis regum Pelias, quis Thessalus, aut*
„ *quæ*
„ *Græcia: quod nam hominum cerno genus: aut vbi*
„ *cautes*
„ *Cyaneæ? venit Scythicas en hospes in oras:*
„ *Quinquaginta Asiam (pudet heu) penetrarit Iason*
„ *Exsulibus, méque ante alios vt spreuerit vna,*
„ *Vna ratis, spolium vt viuo de rege reportet?*
„ *Ipsum offerre meos, ipsum me pandere lucos*
„ *Imperet, & nullo dignetur vincere bello?*
„ *Cur, age, non templis sacrata auellere dona*
„ *Omnibus, atque ipsas gremiis abducere natas*
50 *Prædo libet? vobísne domos, vobísne parentes*
„ *Esse putem, ratis infandis quos sola rapinis*

Sæuaque

„ *Saudque pascit hiems,& quos, credamus ut ipsis,*
„ *Rex suus illisit pelago,vetuitque reuerti?*
„ *Scilicet Æoliæ pecudis potiretur vt auro?*
„ *Ante meus casa descendet Caucasus vmbra,*
„ *Ac prior Hæmonias repetet super æquora prædas*
„ *Haud ego cum vittis statui feralibus Hellen.*
„ *Si tamen his aliter perstas non cedere terris,*
„ *Téque pudor cassi reditus mouet,ac latet vna*
60 *Nescio quid plus puppe viris, haud ipse morabor*
„ *Quæ petitis:modò nostra prior tu perfice iussa.*
„ *Martius ante vrbem longis iacet horridus annis*
„ *Campus,& ardentes ac me quoque vomere presso,*
„ *Me quoque cunctantes interdum agnoscere tauri.*
„ *His magis atque magis rabiem nunc nostra senectus*
„ *Luxuriémque dedit:solitóque superbior ignis*
„ *Ore fremit:succede meæ fortissime laudi,*
„ *Et nostro recole hospes agros. nec semina deerunt,*
„ *Quæ prius ipse dabam,& messes quas solus obibam.*
70 *Consiliis nox vna satis:tecúmque retracta,*
„ *Cúmque tuis hæc iussa deis:ac si quid in isto est*
„ *Robore,prædicti venies in rura laboris.*
„ *Ipse incertus adhuc,tenebris te protinus illis*
„ *Inuolui,flammísque velim durare parumper:*
„ *An magis euerso iacias dum semina campo,*
„ *Ac tibi Cadmæi dum seminis exeat hydri*
„ *Miles,& armata florescant pube nouales.*
Filia prima trucis vocem mirata tyranni
Hæsit,& ad iuuenem pallentia rettulit ora,
80 *Contremuítque metu,ne nescius audeat hospes,*
Séque miser ne posse putet.perstrinxerat horror
Ipsum etiam,& mæsta stabat defixus in ira.
Non ita Tyrrenus stupet,Ioniúsque magister,
Qui portus Tyberine tuos,clarámque serenæ

Arce Pharon, praeceps subiit: nusquam hostia, nusquã
Ausoniam videt, & saeuas accedere syrtes.
Tum tamen infando quae det responsa tyranno
Colligit, & tandem obtutu consurgit ab alto:
„ *Non, ait, hos reditus, non hanc Aeeta dedisti*
90 *Spem Minyis: cùm prima tuis pro moenibus arma*
„ *Induimus. quo versa fides? quos vestra volutant*
„ *Iussa, dolos? alium hîc Pelian, alia aequora cerno.*
„ *Quin agite hoc omnes, odiísque vrgete tyranni*
„ *Imperiísque caput: quanquam mihi dextera, nec spes*
„ *Defuerit mox iussa pati, nec cedere duris.*
„ *Vnum oro, seu me illa suis seges obruet hastis,*
„ *Hauriet aduerso seu crastinus ignis hiatu:*
„ *Nuncius hinc saeuas Peliae mittatur ad aures*
„ *Hîc periisse viros: & me, si vestra fuisset*
100 *Vlla fides, reducem patriae potuisse referri.*
Talibus attonitos dictis natámque, patrémque
Linquit, & infida praeceps prorumpit ab aula.
At trepida, & medios inter deserta parentes
Virgo silet: nec fixa solo seruare parumper
Lumina, nec potuit maestos non flectere vultus,
Respexítque fores, & adhuc inuenit euntem:
Visus & heu miserae tunc pulchrior hospes amanti
Discedens: tales humeros ea terga relinquit.
Illa domum, atque ipsos paullum procedere postes
110 *Optat, & ardentes tenet inter limina gressus.*
Qualis vbi extremas Io vaga sentit harenas,
Fértque, refértque pedem: tumido quã cogit Erinnys
Ire mari, Phariaeque vocant trans aequora matres:
Circuit haud aliter, foribúsque impendet apertis,
An melior Minyas reuocet pater: oráque quaerens
Hospitis, aut solo maret defecta cubili,
Aut venit in carae gremium, refugítque sororis,

Atque

Atque loqui conata silet: rursúsque recedens
Quærit, vt Æais hospes consederit oris
120 *Phryxus, vt aligeri Circen rapuere dracones.*
Tum comitum visu fruitur miseranda suarum,
Explerique nequit: subitóque parentibus hæret
Blandior, & patriæ circumfert oscula dextræ.
Sic assueta thoris, & mensæ dulcis herili
Ægra noua iam peste canis, rabiéque futura:
Ante fugam totos lustrat queribunda penates.
Tandem etiam molli sese semel increpat ira:
» *Pergis, ait, demens: téque illius angit imago*
» *Curáque, qui profuga forsan tenet alta carina,*
130 *Quíque meum patrias referet nec nomen ad vrbes?*
» *Quid me autem sic ille mouet, superétne labores,*
» *An cadat, & tanto turbetur Græcia luctu?*
» *Saltem fata virum si iam suprema ferebant,*
» *Iussus ad ignotos potius foret ire tyrannos,*
» *O vtinam, & tandem non hac moreretur in vrbe:*
» *Namque & sidereo nostri de sanguine Phryxi*
» *Dicitur, & caram vidi indoluisse sororem:*
» *Séque ait has iussis actum miser ire per vndas.*
» *At redeat quocumque modo, méque ista precari*
140 *Nesciat, atque meum non oderit ille parentem.*
Dixerat hæc, stratóque graues proiecerat artus,
Si veniat miserata quies: cum sæuior ipse
Turbat, agítque super: supplex hinc sternitur hospes,
Hinc pater: illa noua rumpit formidine somnos,
Erigitúrque thoro: famulas, caróśque penates
Agnoscit, modò Thessalicas raptata per vrbes.
Turbidus vt pœnis, cæsíśque pauoribus ensem
Corripit, & sæua ferit agmina matris Orestes:
Ipsum angues, ipsum horrisoni quatit ira flagelli:
150 *Atque iterum infesta se seruere cæde Lacænæ*

Credit agens, falsáque redit de strage dearum
Fessus, & in miseræ collabitur ora sororis.
His ubi nequiquam nutantem Colchida curis
Iuno videt, nec dum extremo parêre furori:
Non iam mentitæ vultum, vocémque resumit
Chalciopes: quando ardor hebet, leuiórque pudori
Ménsque obnixa malo: tenues sublimis in auras
Tollitur, & fuluo Venerem vestigat olympo:
» *Sum memor, vt totum mecum partita laborem:*
160 *Illa nimis sed dura manet, conuersáque in iram,*
» *Et Furias, dolet, ac me nunc Furiata reliquit:*
» *I, precor, atque istum, quo me frustratur, amorem*
» *Vince precor, patriis vt tandem euadere tectis*
» *Audeat, atque meum casu defendere ab omni*
» *Æsoniden: quin illa, sacro quo freta veneno,*
» *Illum etiam totis afflantem noctibus anguem,*
» *Qui nemus omne suum, quique aurea (respice porrò)*
» *Vellera tot spiris circum tot ductibus implet,*
» *Soluat, & in somnos ingenti soluat ab orno.*
170 *Hæc tibi: nunc Furiis, atque ipsi cætera mando.*
» *Tum Venus aligerûm mater sic fatur amorum:*
» *Nec tibi cùm primos aggressa es flectere sensus*
» *Virginis, ignotáque animum contingere cura,*
» *Defuimus: data continuò sed singula soli*
» *Nostra tibi, quis mota loco, labefactáque cessit.*
» *Haud satis est: sed me ipsa opus est: cunctantia pos-*
» *cunt*
» *Pectora me, dubiúsque pudor: iam fœdera faxo*
» *Æsonij petat ipsa viri, metúsque mori.*
» *Tu face letiferæ citus ad delubra Dianæ*
180 *Deueniat, sacras solita est vbi fundere tedas*
» *Colchis, & æquali dominam lustrare caterua.*
» *Nec te nunc Hecates subeat metus, aut mea forte*

Ne

" *Ne impediat nunc acta time: quin audeat, opto,*
" *Continuò transibit amor, cantúque trilingui*
" *Ipsam flammiferos cogam compescere tauros,*
Amplexúque peti, volucrem tunc aspicit Irin,
Festinámque iubet monstis parêre Dionés,
Et iuuenem Æsonium prædicto sistere luco.
Protinus hinc Iris Minyas, Cytherea petiuit
190 *Colchida: Caucaseis speculatrix Iuno resedit*
Rupibus, attonitos Ææa in mœnia vultus
Spéque metúque tenens, & adhuc ignara futuri.
Vix primas occulta Venus prospexerat arces:
Virginis ecce nouus mentem perstringere languor
Incipit, ingeminant commotis questibus æstus.
Ergo iterum sensus varios super hospite voluens
Mæret, & absenti nequiquam talia fatur.
" *Si tibi Thessalicis, nunc si tua fortè venenis*
" *Mater, & heu si qua est, posset succurrere coniunx;*
200 *Quídve tuos virgo possim nisi flere labores?*
" *Hoc satis; ipsa etiam casus spectare supremos,*
" *Atque iterum dura cogar comes esse sorori.*
" *Et nunc ille sua non quemquam sorte moueri,*
" *Non vllum meminisse putat: cúmque omnibus odit*
" *Me quoque: si quando fuerit tamen vlla potestas,*
" *Illum ego qui diris cinis vltimus hæserit aruis,*
" *Ossáque, quis tauri, seúusque pepercerit ignis.*
" *Componam, sedémque dabo. fas tunc mihi manes*
" *Dilexisse viri, tumulóque has reddere curas.*
210 *Dixerat, ecce thoro Venus improuisa resedit,*
Sic vt erat mutata, deam mentitáque pictis
Vestibus, & magica Circen Titanida virga.
Ipsa velut lenti fallatur imagine somni
Sic oculos incerta tenet, magnique sororem
Paullatim putat esse patris, tum flebile gaudens

Prosiluit, sæuaque vltro tulit oscula diuæ.
» *Ac prior: O tandem vix tandem reddita Circe*
» *Dura tuis: quæ te bijugis serpentibus egit*
» *Hinc fuga? quæve fuit patriis mora gratior oris?*
220 *Ante & Thessalicæ Phasin petiere carinæ,*
» *Pérque tot infelix frustra vada venit Iason,*
» *Quàm patria te mouit amor? tum cetera rumpit,*
» *Occurrítque Venus: Tu nunc mihi causa viarum:*
» *Sola tuæ venio, iampridem ignaua, iuuentæ:*
» *Cetera parce queri, neu me meliora secutam*
» *Argue: quippe etiam repetentur munera diuûm.*
» *Omnibus hunc potius communem animantibus orbẽ,*
» *Communes & crede deos: patriam inde vocato,*
» *Qua rediítque dies: nec nos dis nata malignis*
230 *Cluserit hoc vno semper sub frigore meßis.*
» *Fas mihi non, habiles, & fas tibi linquere Colchos.*
» *Et nunc Ausonij coniunx ego regia Pici:*
» *Nec mihi flammiferis, horrent tibi pascua tauris:*
» *Méque vides Tusci dominam maris. at tibi quinã*
» *Sauromatæ miseranda proci? cui vadis Ibero,*
» *Hei mihi, vel sæuo coniunx non vna Gelono?*
» *Illa deæ contrà iam dudum spernere voces:*
» *Non ita me inmemorem magnæ Perseidos, inquit,*
» *Cernis, vt infelix thalamos ego cogar in illos.*
240 *I, precor, atque vnum pro me dimitte timorem.*
» *Sed magis his miseram, quoniam potes, eripe curis,*
» *Vnde metus æstúsque mihi, quæque aspera mater*
» *Perpetior dura iam dudum incendia mentis.*
» *Nulla quies animo, nullus sopor: ardua amanti.*
» *Quære malis nostris requiem, mentémque repone,*
» *Redde diem, noctémque mihi; da prendere vestes*
» *Somniferas, ipsáque oculos componere virga.*
» *Tu quoque nil mater prodes mihi; fortior antè*

Sola

» *Sola fui: tristes thalamos, infestáque cerno*
250 *Omnia; vipereos ipsi tibi surgere crines.*
Talia verba dabat, collapsáque fiebat iniquæ
In Veneris Medea sinus, pestémque latentem
Ossibus, atque imis monstrabat pectoris ignem.
Occupat amplexu Venus, & furialia figit
Oscula, permixtúmque odijs inspirat amorem.
Dúmque illam varijs mœrentem vocibus ambit,
Inque alio sermone tenet; cui hoc, ait, audi,
Atque attolle genas: lacrimísque hæc reddit obortis:
» *Cùm leuis à superis ad te modò laberer auris,*
260 *Fortè ratem primo fugientem litore cerno,*
» *Qualem nostra suo numquam dimittere portu*
» *Vellet, adhuc omnes quæ detinet insula nautas.*
» *Vnus ibi ante alios, qui tum mihi pulchrior omnis*
» *Visus erat, longéque ducem mirabar, & ipse*
» *Aduolat, atque vnam comitum ratus esse tuarum:*
» *Per tibi si quis, ait, morituri protinus horror,*
» *Et quem non meritis videas occurrere monstris,*
» *Hæc precor, hæc dominæ referas ad virginis aures,*
» *Tu fletus ostende meos: illi has ego voces*
270 *Quà datur, hásque manus vt possum à litore tendo.*
» *Ipsa ego quas mecum per mille pericula traxi,*
» *Defecere deæ: spes & via sola salutis,*
» *Quam dederit, si fortè dabit, ne vota repellat*
» *Ne mea: tótque animas, quales nec viderit vltra,*
» *Dic precor auxilio iuuet, atque hæc nomina seruet.*
» *Si Pelopis duros prior Hippodamia labores*
» *Expedijt, tótque ora simul iugulata procorum*
» *Respiciens, tandem patrios exhorruit axes;*
» *Si dedit ipsa neci fratrem Minoia virgo,*
280 *Cur non hospitibus fas sit succurrere dignis*
» *Te quoque, & Aeacos subeat mitescere campos?*

» *Occidat æterna tandem Cadmeia morte*
» *Iam segnes, & viso spumantes hospite tauri.*
» *Hei mihi quod nullas hîc possum exsoluere grates.*
» *Vt tamen hoc sæua corpus de morte receptum,*
» *Hanc animam sciat esse suam: miserebitur ergo,*
» *Dic, ait, an potius? strictúmque ruebat in ensem.*
» *Promisi, ne falle precor: cúmque ipsa moueret*
» *Alloquio, casúque viri, te passa rogari*
290 *Sum potius: tu laude noua, tu supplice digno*
» *Dignior: est & fama meis iam parta venenis.*
Torserat illa graui iam dudum lumina vultu
Vix animos, dextrámque tenens, quin ipsa loquentis
Iret in ora deæ: tanta pudor æstuat ira
Verba cauens. horror molles inuaserat annos.
Iámque thoro trepidas infelix obruit aures,
Nec quo ferre fugam, nec quo se vertere posset
Prensa videt: rupta condi tellure, premíque
Iamdudum cupit, ac duras euadere voces.
300 *Illa sequi iubet, & portis exspectat in ipsis.*
Sæuus Echionia ceu Penthea Bacchus in aula
Deserit, infestis per roscida cornua vittis
Cùm tenet ille deum, pudibundáque tegmina patris
Tympanáque, & mollem subitò miser accipit hastam.
Haud aliter deserta pauet, pérque omnia circum
Fert oculos, tectísque negat procedere virgo.
Contrà sæuus amor, contrà periturus Iason
Vrget, & audita crescunt in pectore voces.
Heu quid agat? videt externo se prodere patrem
310 *Dura viro, famam scelerum ídmque ipsa suorum*
Prospicit, & questu superos, questúque fatigat

Tartara: pulsat humum, manibúsque immurmurat vncis,
Noctis Heram, Ditémque ciens: succurrere tandem
Morte velint, ipsúmque simul demittere leto,
Quem propter furit: absentem sæuißima poscit,
Nunc Pelian, tanta iuuenem qui perderet ira:
Sæpe suas misero promittere destinat artes,
Denegat, atque vna potius decernit in ira:
Ac neque tam turpi cessuram semper amori
320 *Proclamat, neque opem ignoto, virésque daturam:*
Atque thoro protecta manet: cùm visa vocari
Rursus, & impulso sonuerunt cardine postes.
Ergo vbi nescio quo penitus se numine vinci
Sentit, & abscisum quicquid pudor antè monebat:
Tum thalami penetrale petit, qua maxima norat
Auxilia, Hæmoniæ quærens pro rege carinæ.
Vtque procul magicis spirantia tecta venenis,
Et sæuæ patuere fores, oblatáque contra
Omnia quæ ponto, quæ Manibus eruit imis,
330 *Et quæ sanguinea Luna districtxit ab ira:*
Túne sequeris, ait, quicquam, aut patiere pudendum,
Cùm tibi tot mortis, scelerísque breuissima tanti
Effugia? hæc dicens, quæ non velocius vlla
Pestiferam toto nequicquam lumine lustrat,
Cunctatúrque super, moriturdque colligit iras.
O nimium iucunda dies, quam cara sub ipsa
Morte magis flent, & sese mirata furentem est.
" *Occidis, heu primo potes hoc durare sub æuo?*
" *Nec tu lucis, ait, nec videris vlla iuuentæ*
340 *Gaudia, nec dulces fratris pubescere malas?*
" *Hunc quoque, qui nunc est primæuus, Iasona nescis*
" *Morte perire tua, qui te nunc inuocat vnam?*
" *Qui rogat, & nostro quem primum in litore vidi?*

» *Cur tibi fallaces placuit coniungere dextras*
» *Tunc? poterásque istis iuuenem non perdere monstris*
» *Protinus? ipsa etiam, fateor, tunc ipsa volebam.*
» *Testor cara tuas Circe Titania voces,*
» *Te ducente sequor: tua me grandaeua fatigant*
» *Consilia, & monitis cedo minor. hæc vbi fata,*
350 *Rursus ad Hæmonij iuuenis curámque, metúmque*
Vertitur: hunc solum propter se viuere gaudens
Siue mori; quodcumque velit: maiora precatur
Carmina, maiores Hecaten immittere vires
Nunc sibi; nec notæ stabat contenta venenis.
Cingitur inde sinus, & qua sibi fida magis vis
Nulla, Promethea florem de sanguine fibræ
Caucaseum, tonitru nutritáque gramina promit;
Quæ sacer ille niues inter, tristésque pruinas
Durat, editque cruor; cùm viscere vultur adeso
360 *Tollitur è scopulis, & rostro irrorat aperto.*
Idem nec longi languescit finibus æui
Immortale virens: idem stat fulmina contra
Sanguis, & in medijs florescunt ignibus herbæ.
Prima Hecate Stygijs duratam fontibus harpen
Intulit, & validas scopulis effodit aristas:
Mox famulæ monstrata seges, quæ lampade Phœbes
Sub decima, iuga feta metit, sæuítque per omnes
Relliquias, saniémque dei; gemit irritus ille
Colchidos ora tuens: totos tunc contrahit artus
370 *Monte dolor, cunctæque tremunt sub falce catenæ.*
Talibus infelix contra sua regna venenis
Induitur, noctíque tremens infertur opacæ.
Dat dextram, vocémque Venus, blandísque pauentem
Alloquiis, iunctóque trahit per mœnia passu.
Qualis adhuc teneros supremum pallida fetus

Mater

Mater ab excelso produxit in aëra nido,
Hortatúrque sequi, breuibúsque insurgere pennis;
Illos cærulei primus ferit horror olympi,
Iámque redire volunt, assuetáque quæritur arbor.
380 *Haud alia Aeææ per mœnia deficis vrbis*
Incedens, horrétque domos Medea silentes.
Hic iterum extremæ nequicquam in limine portæ
Subsistit, atque iterum flexus, animíque soluti:
Respexitque deam, pauliúmque his vocibus hæsit;
„ *Ipse rogat certè, méque ipse implorat Iason.*
„ *Nullane culpa subest? labes non vlla pudoris,*
„ *Nullus amor, nec turpe viro seruire precanti?*
Illa nihil contrà, vocésque abrumpit inanes.
Et iam iam magico per opaca silentia Colchis
390 *Cœperat ire sono, monstratáque condere vultus*
Numina, cúmque suis auerti collibus amnes:
Iam stabulis, gregibúsque pauor, strepitúsque sepulcris
Inciderat; stupet ipsa graui nox tardior vmbra:
Ipsa tremens longe sequitur Venus, vtque sub altas
Peruenere trabes, diuaque triformis in vmbram;
Hic subitò ante oculos non dum speratus Iason
Emicuit: viditque prior conterrita virgo.
Atque hic se profugam volucris Thaumantias alis
Sustulit: inde Venus dextra delapsa tenenti.
400 *Obuius vt fera cùm se sub nocte magistris*
Impingit, pecoríque pauor: qualésve profundum
Per Chaos occurrunt cæcæ sine vocibus vmbræ:
Haud secus in medijs noctis, nemorúmque tenebris
Inciderant ambo attoniti, iuxtáque subibant,
Abietibus tacitis aut immotis cyparissis
Assimiles, rapidus non dum quas miscuit Auster.
Ergo vt erat vultu defixus vterque silenti,

Nóxque suum peragebat iter; iam iam ora leuare
Aesoniden, faríque cupit Medea priorem.
410 *Quam simul effusis pauitantem fletibus Heros,*
Flagrantésque genas vidit, miserúmque pudorem;
Has tandem voces dedit, & solatus amantem est:
» *Férsne aliquam spem lucis, ait? miserata laborem*
» *Nempe venis. an & ipsa mea lætabere morte?*
» *Ne precor infando similem te virgo parenti*
» *Gesseris. haud tales decet inclementia vultus.*
» *Hascine nunc grates, hæc exspectata laborum*
» *Dona dari decuit? sic te sub teste remitti*
» *Fas mi virgo tuum, iustas da vocibus aures,*
420 *Nec pater ille tuus, tantis me opponere monstris?*
» *Quid meritum? aut tales voluit me pendere pœnas?*
» *An iacet externa quod nunc mihi cuspide Canthus?*
» *Quódque meus vestris cecidit pro mœnibus Iphis?*
» *Aut Scythiæ tanta inde manus? iussisset abire*
» *Perfidus, atque suis extemplo cedere regnis.*
» *Spem mihi promissam per quæ discrimina rursus*
» *Et reddat, qua lege vides: occumbere tandem*
» *Possumus; idque sedet, quàm non quæcumque subire*
430 *Patris iussa tui, numquam sine vellere abibo*
Hinc ego: degenerem nec me tu prima videbis.
Hæc ait. illa tremens, vt supplicis aspicit ora
Conticuisse viri, iámque & sua verba reposci;
Nec quibus incipiat demens videt, ordine nec quo,
Quóve tenus, prima cupiens effundere voce
Omnia, sed nec prima pudor dat verba timenti.
Hæret, & attollens vix tandem lumina fatur:
» *Quid precor in nostras venisti Thessale terras?*
» *Vnde mei spes vlla tibi? tantósque petisti*
» *Cur non ipse tua fretus virtute labores?*

Nempe

440 *Nempe ego si patrijs timuissem excedere tectis,*
» *Occideras: nempe hanc animam pars saeua manebat*
» *Funeris. en vbi Iuno, vbi nunc Tritonia virgo?*
» *Sola tibi quoniam tantis in casibus assum*
» *Externæ regina domus: miraris; & ipsa*
» *Credo: nec agnoscunt hæ nunc Aeetida siluæ.*
» *Sed fatis sum victa tuis. cape munera supplex*
» *Nunc mea: téque iterum Pelias si perdere quæret,*
» *Inque alios casus, alias te mittet ad vrbes;*
» *Heu formæ ne crede tuæ. Titania iámque*
450 *Gramina, Perseásque sinu depromere vires*
Cœperat; his iterum compellat Iasona dictis:
» *Si tamen aut sumtis aliquam spem ponis in armis,*
» *Aut tua præsenti virtus educere leto*
» *Si te fortè potest; & iam nunc deprecor, hospes,*
» *Me sine, & insontem misero dimitte parenti.*
Dixerat. extemplo (neque enim matura ruebant
Sidera, & extremum suffixerat axe Booten)
Cum gemitu & multo iuueni medicamina fletu
Non secus ac patriam, pariter famámque, decúsque,
460 *Obicit. ille manu subit, & vim corripit omnem.*
Inde vbi facta nocens, & non reuocabilis vnquam
Cessit ab ore pudor, propiórque impleuit Erinnys;
Carmina nunc totos soluit, figítque per artus
Aesonidæ, & totum septeno murmure fertur
Per clypeum, atque viro grauiorem reddidit hastam:
Idmque sui tauris languent absentibus ignes.
Nunc age, & has, inquit, cristas, galeámque resume,
Quam modò funerea tenuit discordia dextra.
Hanc iace per medias, cùm verteris æquora, messes,
470 *Protinus in sese conuersa furoribus ibit*
Cuncta phalanx, atque ipse fremẽs mirabitur, & me

» *Respiciet fortasse pater.sic deinde locuta,*
Iam magis atque magis mentem super alta ferebat
Aequora: pandentes Minyas iam vela videbat
Se sine:tum verò extremo percussa dolore
Arripit Aesoniden dextra, ac summissa profatur:
» *Sis memor oro mei,contrà memor ipsa manebo*
» *Crede tui.quando hinc aberis, dic quaeso,profundi*
» *Quod cali spectabo latus?sed te quoque tangat*
480 *Cura mei quocumque loco,quoscumque per annos:*
» *Atque hunc te meminisse velis,& nostra fateri*
» *Munera:seruatum pudeat nec virginis arte.*
» *Hei mihi,cur nullos stringunt tua lumina fletus?*
» *An me mox merita morituram patris ab ira*
» *Dissimulas? te regna tua felicia gentis,*
» *Te coniunx,nataeque manent: ego perdita obibo:*
» *Nec queror,& pro te lucem quoque laeta relinquam.*
Protinus hospes ad haec (tacitis nam cantibus illum
Flexerat,& simili iam dudum afflarat amore)
» *Tune,ait,Aesoniden quidquam te velle relicta*
490 *Credis; & vlla peti sine te loca? redde tyranno*
» *Me potius:recipe ingratos atque exue cantus.*
» *Quis mihi lucis amor? patriam cur amplius optem,*
» *Si non & genitor te primam amplectitur Aeson,*
» *Téque tuo longè fulgentem vellere gaudens*
» *Spectat,& ad primos procumbit Gracia fluctus?*
» *Respice ad has voces., & iam precor annue coniunx.*
» *Per te,quae superis,diuísque potentior imis,*
» *Pérque haec ego tuo redeuntia sidera nutu,*
» *Atque per has nostri iuro discriminis horas;*
500 *Vmquam ego si meriti sim noctis & immemor huius,*
» *Si te,sceptra,domum,si te reliquisse parentes*
» *Senseris, & mea tum non haec promissa videntem:*
» *Tum me non tauros iuuet euasisse,feróśque*
Terrigenas

„ Terrigenas:tum me tectis tua turbet in ipsis
„ Flamma,tuaque artes:nullus succurrere contrà
„ Ingrato queat,& si quid tu seuius ipsis
„ Adicias,méque in medio terrore relinquas.
„ Audijt, atque simul meritis periuria pœnis
„ Despondet,questus semper furor vltus amantis.
510 Hac vbi dicta: tamen perstant defixus vterque,
Et nunc ora leuant audaci læta iuuenta,
Ora simul totiens dulces rapientia visus.
Deicit hinc vultus æger pudor, & mora dictis
Redditur,ac rursus conterret Iasona virgo:
Accipe perdomitis quæ deinde pericula tauris,
Et quis in Aeolio maneat te vellere custos;
„ Non dum cuncta tibi,fateor,promissa peregi:
„ Sæuior ingenti Mauortis in arbore restat,
„ Crede,labor,quem tanta vtinam fiducia nostri
520 Sit mihi,nocturnaque Hecates, nostrique vigoris.
Dixerat: vtque virum doceat, quæ monstra supersint,
Protinus immensis recubantem anfractibus anguem
Turbat, & Hæmonij subito ducis obicit vmbram.
Ille, quod haud aliàs,stetit, & trepidantia torsit
Sibila,séque metu postquàm sua vellera circum
Sustulit,atque omnis spiris exhorruit arbor,
Incipit inde sequi, & vacuo furit ore per auras.
Quis fragor hic?quæ nam tanta, dic virgo,ruina?
Exclamat stricto Aesonides stans frigidus ense.
530 Illa trahit ridens:tandémque ait angue represso:
Hunc tibi postremum nostri parat ira parentis,
Heu miser,heu tantis iterum carpende periclis.
O vtinam vt nullo te sim visura labore,
Ipsam cæruleis squalentem nexibus ornum,

„ Ipsáque peruigilis calcantem lumina monstri,
„ Contingat vix deinde mori. sic fata. profugit;
Séque sub extremis in mœnia rettulit vmbris.
Et iam puniceo regem spes vana sub ortu
Extulerat, quantis nox vana diremerit vndis
540 *Aesoniden, libérne freto iam vultus aperto,*
Vtqúe prius totum sileat mare: dúmque ea longè
Explorare queat; contra venit Arcas Echion
Dicta ferens: iam Circais Mauortis in agris
Stare virum, daret æripedes in prœlia tauros.
» Et vocor en vltro, dixit, spésque addidit ausa:
» Vos mihi nunc primùm in flammas inuertite tauri
» Aequora, nunc totas aperite, & voluite flammas:
» Exeat Hæmonio messis memoranda colono,
» Túque tuum parti Graiûm da nata draconem.
550 *Ipsius aspectu pereant, in vellera, in ipsa*
» Terga, mihi diros seruent infecta cruores.
Fatur, & effusis pandi iubet æquora tauris.
Pars & Echionij subeunt inmania dentis
Semina: pars diri portant graue robur aratri.
At sua magnanimum contra Pagasæa iuuentus
Prosequitur, stipátque ducem: tum maxima quisque
Dicta dedit, sæuísque procul discessit in agris.
Fixerat ille gradus, totóque ex agmine solus
Stabat, vt extremis desertus ab orbibus axis,
560 *Quem iam lassa dies, Austrique ardentis harenæ,*
Aut quem Riphæas exstantem rursus ad arces
Nix, & cærulei Boreæ ferus abstulit horror:
Cùm subitò attonitis longissima Phasidis vnda,
Caucaseæqúe trabes, omnísque Aeetia tellus
Fulsit, & ardentes stabula effudere tenebras.
Ac, velut ex vna si quando nube corusci

Ira Iouis torsit geminos mortalibus ignes;
Aut duo cùm pariter repetunt vincula venti,
Dántque fugam: sic tunc claustris euasit vterque
570 *Taurus, & inmanis proflauit turbine flammas*
Arduus, atque atro voluens incendia fluctu.
Horruit Argoa legio ratis: horruit audax
Qui modò virgineis seruari cantibus Idas
Flebat, & inuito prospexit Colchida vultu.
Non tulit ipse moras, seséque immisit Iason;
Diuersos postquàm ire videt: galeámque minantem
Quassat, & errantem dextra ciet obuius ignem.
Vt tandem stetit, & torto se lumine flexit,
Qui prior aduersi respexit Iasonis arma:
580 *Cunctatus paullum subitò furit: æquora non sic*
In scopulos irata ruunt, eadémque recedunt
Facta retro: bis fulmineis se flatibus infert,
Obnubitque virum: sed non incendia Colchis
Aspirare sinit: clypeóque illiditur ignis
Frigidus, & viso pallescit flamma veneno.
Incitat Aesonides dextram, inque ardentia mittit
Cornua, dein totis propendens viribus hæret.
Ille virum atque ipsam tunc te Medea recusans,
Concutit, & tota nitentem cornibus ira
590 *Portat iners: tandem grauiùs mugire recedens,*
Incipit, & fesso victus descendere cornu
Respicit hinc socios inmania vincula poscens
Aesonides, iáque ora premit, trahitiérque trahítque,
Obnixúsque genu superat, cogitque trementes
Sub iuga ahena toros. alium dehinc turbida Colchis
Exarmat, lentúmque offert, timidéque minantem:
Iámque propinquanti noctem implicat: ille fatiscens
In caput, inque humeros ipsa vi molis & ira
Proruit: inuadit, totús incumbit Iason

600 *Desuper, atque suis desixum flatibus urget.*
Vtque dedit vinclis, validóque obstrinxit aratro;
Suscitat ipse genu, sæuúque agit insuper hasta.
Non aliter medio quàm si telluris hiatu
Terga recentis equi, primúmque inuasit habenis
Murmur, & in summa Lapithes apparuit Ossa.
Ille velut campos Libyes, ac pinguia Nili
Fertilis arua secet; plena sic semina dextra
Spargere gaudet agris, onerátque noualia bello.
Martius hic primùm ter vomere fusus ab ipso
610 *Clangor, & ex omni sonuerunt cornua sulco:*
Bellatrix tunc gleba quati, paritérque creari,
Armaríque phalanx, totísque insurgere campis:
Cessit, & ad socios paullum se rettulit Heros
Opperiens, vbi prima sibi daret agmina tellus
Aduerso; vt summis iam rura recedere cristis
Vidit, & infesta vibrantes casside terras;
Aduolat, atque imo tellus qua proxima collo,
Nec dum humeri videre diem; prior ense sequaci
Aequat humo truncos; rutilum thoraca sequenti,
620 *Aut primas à matre manus; premit obuius antè.*
Nec magis aut illis, aut illis millibus vltra
Sufficit; ad dira quàm cùm Tirynthius hydræ
Agmina, Palladios defessus respicit ignes.
Ergo iter ad socias conuertere Colchidos artes,
Et galeæ nexus, ac vincula dissipat ima:
Cunctatúrque tamen, totíque occurrere bello
Ipse cupit; spes nulla datur: sic vndique densant
Terrigenæ iam signa duces; clamórque tubæque.
Iámque omnes odere virum: iámque omnia contra
630 *Tela volant: tùm verò amens discrimine tanto,*
Quàm modò Tartareo galeam Medea veneno
Infectam dederat, vsúsque armarat in illos,

In

In medios torsit: conuersæ protinus hastæ.
Qualis vbi attonitos mastæ Phrygas annua matris
Ira, vel exectos lacerat Bellona comatos:
Haud secus accensas subitò Medea cohortes
Implicat, & miseros agit in sua prœlia fratres.
Omnis ibi Aesoniden sterni putat: omnibus ira
Talis erat: stupet Aeetes, vltróque furentes
640 *Ipse viros reuocarè cupit: sed cuncta iacebant*
Agmina; nec quisquam primus ruit, aut super vllus
Linquitur: atque hausit subitò sua funera tellus.
Protinus in fluuium fumantibus euolat armis
Aesonides: qualis Getico de puluere Mauors
Intrat equis, vrítque grauem sudoribus Hebrum;
Aut niger ex antris, rutilique à fulminis æstu
Cùm furit, & Siculo respirat in æquore Cyclops.
Redditus hic tandem, sociósque amplexus ouantes,
Haud tam mendacem promissa reposcere regem
650 *Dignatur: nec, si ipse sibi terga ingerat vltro*
Qui pepigit, velit in pacem, dextrámque reuerti
Amplius: ambo truces, ambo abscessere minantes.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON

LIBER VIII.

AT TREPIDAM *in thalamis, & iam sua facta pauentem,*
Colchida circa, omnes pariter Furiæque, minæque
Patris habent: nec cærulei timor æquoris vltra,
Nec miseræ terra vlla procul: quascunque per vndas,
Ferre fugam, quamcumque cupit iam scandere puppim.
Vltima virgineis tunc flens dedit oscula vittis,
Quósque fugit, complexa thoros: crinémque, genásque
Ante per antiqui carpsit vestigia somni,
Atque hæc impresso gemuit miseranda cubili:
10 *O mihi si profuga genitor nunc ille supremos*
» *Amplexus Aeeta dares, fletúsque videres*
» *Ecce meos: ne crede pater, non carior ille est,*
» *Quem sequimur: tumidis vtinã simul obruar vndis.*
» *Tu precor hæc longa placidus mox sceptra senecta*
» *Tuta geras, meliórque tibi sit cetera proles.*
Dixit, & Hæmonio numquam spernenda marito
Condita letiferis profert medicamina cistis;
Virgineóſ-

Virgineósque sinus, ipsúmque monile venenis
Implicat, ac sæuum super omnibus addidit ensem.
20 *Inde velut torto Furiarum eiecta flagello*
Prosilit: attonito qualis pede prosilit Ino
In freta, nec parui meminit conterrita nati,
Quem tenet: extremum coniunx ferit irritus Isthmon.
Iam prior in lucos curis vrgentibus Heros
Venerat, & nemoris sacra se nocte tegebat;
Tum quoque siderea clarus procul ora iuuenta:
Qualis adhuc sparsis comitum per lustra cateruis
Latmius æstiua residet venator in vmbra,
Dignus amore deæ, velatis cornibus, & iam
30 *Luna venit; roseo talis per nubila ductor*
Implet honore nemus, talémque exspectat amantem.
Ecce autem pauidæ virgo de more columbæ,
Quæ super ingenti circumdata prepetis vmbra
In quemcumque tremens hominem cadit: haud secus illa
Illa timore graui mediam se misit: at ille
Excepit, blandóque prior sic ore locutus:
„ *O decus in nostros magnum ventura Penates,*
„ *Soláque tantarum virgo haud indigna viarum*
„ *Caussa reperta mihi; iam nunc non vlla requiro*
40 *Vellera, téque mea satis est quæsisse carina.*
„ *Verùm age, & hoc etiam, quando potes, adice tantis*
„ *Muneribus, meritísque tuis: namque aurea iussi*
„ *Terga referre sumus: socios ea gloria tangit.*
Sic ait: & primis supplex dedit oscula palmis.
Contrà virgo nouis iterum singultibus orsa est:
Linquo domos patrias te propter, opésque meorum;
Nec iam nunc regina loquor: sceptrísque relictis

» Vota sequor: serua hanc profugæ, prior ipse dedisti,
» Quam, scis nempe, fidem: Di nostris vocibus assunt,
50 Sidera & hæc te, méque vident: tecum æquora, tecum
» Experiar quascumque vias: modò ne quis abactam
» Huc referat me fortè dies, oculísque parentis
» Ingerat, hoc superos, hoc te quoque deprecor hospes.
Hæc ait, atque furens rapido per deuia passu
Tollitur. ille hæret comes, & miseratur euntem,
Cùm subitò ingentem media inter nubila flammam
Conspicit, & sæua vibrantes luce tenebras.
» Quis rubor iste poli? quod tam lugubre refulsit
» Sidus ait? reddit trepido cui talia virgo:
60 Ipsius en oculos, & lumina torua draconis
» Aspicis; ille suis hæc vibrat fulgura cristis;
» Méque pauens contra solam videt, ac vocat vltro,
» Ceu solet, & blanda poscit me pabula lingua.
» Dic age nunc, vtrum vigilanti, hostémque videnti
» Exuuias auferre velis; an lumina somno
» Mergitur, & domitum potiùs tibi tradimus anguē?
Ille silet; tantus subijt vt virginis horror.
Iámque manus Colchis, crinémque intenderat astris
Carmina Barbarico fundens pede, téque ciebat
70 Somne pater: Somne omnipotens, te Colchis ab omni
» Orbe voco, inque vnum iubeo nunc ire draconem:
» Quæ freta sæpe tuo domui, quæ nubila cornu,
» Fulmináque, & toto quidquid micat æthere: sed nunc
» Nunc, age, maior ades, fratríque simillime leto.
» Te quoque Phryxeæ pecudis fidissime custos
» Tempus ab hac oculos tandem deflectere cura.
» Quem metuis me stante dolum? seruabo parumper

Ipsa

" *Ipsa nemus, longum intereà tu pone laborem.*
Ille haud Æolio discedere fessus ab auro,
80 *Nec dare permissa (quamuis iubet) ora quieti*
Sustinet; ac primi percussus nube soporis
Horruit, & dulces excussit ab arbore somnos.
Contra Tartareis Colchis spumare venenis,
Cunctáque letæi quassare silentia rami
Perstat; & aduerso luctantia lumina cantu
Obruit, atque omnem linguáque, manúque fatigat
Vim Stygiam; ardentes donec sopor occupat iras.
Iámque altæ cecidere iubæ, nutátque coactum
Iam caput, atque ingens extra sua vellera ceruix.
90 *Ceu refluens Padus, aut septem proiectus in amnes*
Nilus, & Hesperium veniens Alpheus in orbem.
Ipsa caput cari postquàm Medea draconis
Vidit humi, fusis circum protecta lacertis;
Séque, suúmque simul fleuit crudelis alumnum:
" *Non ego te sera talem sub nocte videbam*
" *Sacra ferens, epulásque tibi: nec talis hianti*
" *Mella dabam, ac nostris nutribam fida venenis.*
" *Quàm grauida nunc mole iaces! quàm segnis inertem*
" *Flatus habet! nec te saltem miserande peremi,*
100 *Heu sæuum passure diem: iam nulla videbis*
" *Vellera, nulla tua fulgentia dona sub vmbra.*
" *Cede Deo, inque aliis senium nunc digere lucis*
" *Inmemor oro mei: nec me tua sibila toto*
" *Exagitent infesta mari: sed tu quoque cunctas*
" *Æsonide dimitte moras, atque effuge raptis*
" *Velleribus, patrios extinxi noxia tauros;*
" *Terrigenas in fata dedi; fusum ecce draconis*
" *Corpus habes; iámque omne nefas, iam spero peregi.*
Quærenti tunc deinde viam, qua se arduus Heros

110 Ferret ad aurigeræ caput arboris, eia per ipsum
Scande age, & aduerso gressus, ait, imprime dorso.
Nec mora fit dictis: fidens Cretheïa proles
Calcat, & aëream quamuis perfertur ad ornum:
Cuius adhuc rutilam seruabant brachia pellem,
Nubibus accensis similem, aut cum veste recincta
Labitur ardenti Thaumantias obuia Phœbo.
Corripit optatum decus, extremúmque laborem
Hesonides: longósque sibi gestata per annos
Phryxææ monumenta fugæ vix reddidit arbor
120 Cum gemitu, tristésque super coiere tenebræ.
Egressi relegunt campos, & fluminis ora
Summa petunt. micat omnis ager, villísque comantē
Sidereis totos pellem nunc fundit in artus:
Nunc in colla refert: nunc implicat ille sinistra.
Talis ab Inachiis Nemeæ Tirynthius antris
Ibat, adhuc aptans humeris, capitíque leonem.
Vt verò sociis, qui tunc prædicta tenebant
Ostia, per longas apparuit aureus vmbras;
Clamor ab Hæmonio surgit grege: se quoque gaudens
130 Promouet ad primas iuueni ratis obuia ripas.
Præcipites agit ille gradus, atque aurea misit
Terga priùs: mox attonita cum virgine puppem
Insilit, ac rapta victor consistit in hasta.
Interea patrias sæuus venit horror ad aures,
Fata domus, luctumq; ferens, fraudemque, fugamque
Virginis: hinc subitis inflexit frater in armis:
Vrbs etiam mox tota coit: volat ipse senectæ
Inmemor Aeetes: complentur litora bello
Nequiquam: fugit immissis nam puppis habenis.
140 Mater adhuc ambas tendebat in æquora palmas,
Et soror, atque omnes aliæ matrésque, nurúsque
Colchides, æqualésque tibi Medea puellæ.

Exstat

Exstat sola parens, implétque vlulatibus auras:
" Siste fugam, medio refer huc ex æquore puppem,
" Nata, potes. quo, clamat, abis? hîc turba tuorum
" Omnis, & iratus non dum pater: hæc tua tellus,
" Sceptráque. quid terris solam te credis Achæis?
" Quis locus Inachias inter tibi Barbara natas?
" Istáne nota domus, exspectatíque Hymenæi?
150 *Hunc pety grandæua diem? vellem vnguibus vncis*
" Vt volucris possem prædonis in ipsius ora
" Ire, ratémque supra, claróque reposcere cantu,
" Quam genui. Albano fuit hæc promissa tyranno,
" Non tibi: nil tecum miseri pepigere parentes
" Aesonide; non hoc Pelias euadere furto
" Te iubet, aut vllas Colchis abducere natas:
" Vellus habe, & nostris si quid super accipe templis.
" Sed quid ego quemquam immeritis incuso querelis?
" Ipsa fugit, tantóque (nefas) ipsa ardet amore.
160 *Hoc erat infelix (redeunt nam singula menti)*
" Ex quo Thessalici subierunt æquora remi,
" Quòd nullæ te nata dapes non vlla iuuabant
" Tempora: non vllus tibi tum color: ægráque verba,
" Errantésque genæ: atque alieno gaudia vultu
" Semper erant: cur tanta mihi non prodita pestis,
" Vt gener Aesonides nostra consideret aula,
" Nec talem paterere fugam? commune fuisset
" Aut certè nunc omne nefas: iremus & ambæ
" In quascumque vias: pariter petiisset inuaret
170 *Thessaliam, & saui, quæcumque est, hospitis vrbem*
Sic genitrix, similíque implet soror omnia questu
Exululans, famulæ pariter clamore supremo
In vacuos dant verba Notos, dominámque reclamãt
Nomine: te venti procul & tua fata ferebant.
Inde diem, noctémque volant. redeuntibus aura

Gratior;& notæ Minyis transcurrere terræ:
Cùm subitò Erginus puppi sic fatur ab alta:
» *Vos,ait,Æsonide contenti vellere capto,*
» *Nec via quæ superet;nec quæ fortuna videtis.*
180 *Crastina namque dies trucis ad confinia ponti*
» *Cyaneásque vocat:meminíque ô Tiphy tuorum*
» *Saxa per illa pater,memini venerande laborum.*
» *Mutandum ô socij nobis iter.altera ponti*
» *Eluctanda via:& cursu,quem fabor,eundum est.*
» *Haud procul hinc ingẽs Scythici ruit exitus Histri,*
» *Fundere non vno tantùm quem flumina cornu*
» *Accipimus:septem exit aquis;septem ostia pandit:*
» *Illius aduersi nunc ora petamus & vndam;*
» *Quæ latus in læuum ponti cadit.inde sequemur*
190 *Ipsius amnis iter:donec nos flumine certo*
» *Perferat,ínque aliud reddat mare:sint age tanti*
» *Aesonidæ quæcumque moræ;quàm sæua subire*
» *Saxa iterum;quàm Cyaneos perrumpere montes.*
» *Sat mihi non totis Argo redit ecce corymbis.*
Hæc ait, ignarus fixas iam numine rupes
Stare,neque aduersis vltra concurrere saxis.
» *Reddidit Aesonides:Et te fidissime rector,*
» *Haud vani tetigere metus:nec me ire recuso*
» *Longius,& cunctis redeuntem ostendere terris.*
200 *Protinus inde alios flectunt regésque locósque:*
Assuetúmque petunt plaustris migrantibus æquor.
Puppe procul summa vigilis post terga magistri,
Hæserat aurata genibus Medea Mineruæ:
Atque ibi deiecta residens in lumina palla
Flebat adhuc;quamquam Hæmoniis cũ regibus iret;
Sola tamen,nec coniugij secura futuri.
Illam Sarmatici miserantur litora ponti:
Illa Thoanteæ transit deflexa Dianæ:

Nulla

210 *Nulla palus, nullus Scythiæ non maret euntem*
Amnis: Hyperboreas mouit conspecta pruinas,
Tot modò regna tenens: ipsi quoque murmura ponti
Iam Minyæ iam ferre volunt: vix alleuat ora,
Ad feras si quando dapes, quas carus Iason
Ipse dabat, iam nubiferam transire Carambim
Significans: iam regna Lyci: totiénsque gementem
Fallit: ad Hæmonios hortatur surgere montes.
Insula Sarmaticæ Peuce stat nomine nymphæ;
Toruus vbi & ripa semper metuendus vtraque
In freta per sæuos Hister descendit Alanos:
220 *Soluere in hoc tandem resides dux litore curas:*
Ac primùm socios ausus sua pacta docere,
Promissámque fidem, thalami fœdúsque iugale.
Vltro omnes læti instigant, meritámque fatentur.
Ipsa autem inuita iam Pallados erigit aras,
Incipit Idaliæ numen nec spernere diuæ:
Præcipuéque sui siquando in tempore pulcher,
Coniugij Minyas nunquam magis eminet inter:
Qualis sanguineo victor Gradiuus ab Hebro
Idalium furto subit, aut dilecta Cythera:
230 *Seu cum cælestes Alcidæ inuisere mensas*
Iam vacat, & fessum Iunonia sustinet Hebe:
Assunt vnanimes Venus hortatórque Cupido.
Suscitat affixam mæstis Aeetida curis.
Ipsa suas illi croceo subtemine vestes
Induit: ipsa suam duplicem Cytherea coronam
Donat, & arsuras alia cum virgine gemmas.
Tum nouus impleuit vultus honor: ac sua flauis
Reddita cura comis: graditúrque oblita malorum.
Sic vbi Mygdonios planctus sacer abluit Almo,
240 *Lætáque iam Cybele, festæque per oppida tædæ:*
Quis modò iam sæuos adytis fluxisse cruores

Cogitet? aut ipsi qui iam meminere ministri?
Inde vbi sacrificas cum coniuge venit ad aras
Aesonides; vnáque adeunt; paritérque precari
Incipiunt: ignem Pollux vndámque iugalem
Prætulit; vt dextrum pariter vertantur in orbem.
Sed neque se pingues tum candida flamma per auras
Explicuit: nec thura videt concordia Mopsus,
Promissam nec stare fidem: breue tempus amorum.
250 Odit vtrumque simul: simul & miseratur vtrumque:
Et tibi iam nullos optauit Barbara natos.
Mox epulas & sacra parant: siluestria læti
Præmia, venatu facili quæsita supersunt.
Pars veribus, pars vndanti despumat aheno.
Gramineis ast inde thoris discumbitur: olim
Hister anhelantem Peucen quo presserat antro.
Ipsi inter medios rosea radiante iuuenta
Altius, ínque sui strenuntur velleris auro.
Quis nouus inceptos timor impediit Hymenæos?
260 Turbauítque thoros? & sacra calentia rupit?
Absyrtus subita præceps cum classe parentis
Aduehitur, profugis infestam lampada Grais
Concutiens: dirámque premens clamore sororem:
» Atque hanc ô si quis vobis dolor iráque Colchi
» Accelerate viam: neque enim fugit æquore raptor
» Iupiter; aut falsi sequimur vestigia tauri.
» Puppe (nefas) vna prædo Phryxæa reportat
» Vellera: quæ, libuit remeat cum virgine: nobis
» (O pudor) & muros & stantia tecta reliquit.
270 Quid mihi deinde satis? nec quæro vellera; nec te
» Accipio germana datam: nec fœderis vlla
» Spes erit, aut iræ quisquam modus: inde reuerti
» Patris ad ora mei tam paruo in tempore fas sit?
» Quinquaginta animæ me scilicet vnáque mersa
Sufficiet

„ *Sufficiet placare ratis?te Græcia fallax*
„ *Perſequor:atque tuis hunc quaſſo mœnibus ignem:*
„ *Nec tibi digna ſoror deſum ad connubia frater.*
„ *Primus & ecce fero quatióque hanc lampada veſtro*
„ *Coniugio:primus celebro dotalia ſacra,*
280 *Qui potui.patriæ veniam da quæſo ſenectæ.*
„ *Quin omnes alti pariter populíque patreſque.*
„ *Mecum aſſunt:magni virgóne regia Solis*
„ *Hæmonij thalamos adeas deſpecta mariti:*
„ *Tot decuit coiſſe rates:tot fulgere tædas.*
Dixerat.itque orans iterum ventóſque viróſque
Pérque ratis ſupplex vox remigis illa magiſtros.
Illi autem intorquent truncis frondentibus vndam:
Quæque die fuerat raptim formata ſub vno,
Et tantum deiecta ſuis à montibus arbor:
290 *(Quid dolor & veterum potuit non ira virorum?)*
Haud longis iam diſtat aquis:ſequiturque volãtem
Barbara Palladiam puppem ratis:oſtia donec
Danubij,viridémque vident ante oſtia Peucen:
Vltimáque agnoſcunt Argoi cornua mali.
Tum verò clamorem omnes,inimicáque tollunt
Gaudia:tum grauior remis fragor.vt procul Argo
Viſa viris:vnámque petunt roſtra omnia puppem:
Princeps naualem nodoſi roboris vncum
Arripit:& longa Stirus proſpectat ab vnda:
300 *Coniugio atque iterum ſponſæ flammatus amore.*
Iámque alij clypeos & tela trabalia dextris
Expediunt:armant alij picis vnguine flammas:
Impatiens tremit haſta moræ.nec longius inter
Quam quod tela vetet, ſupereſt mare. vocibus vrgent
Interea,& pedibus pulſant tabulata frementes.
Cùm ſubitas videre rates,vibratáque flammis

Aequora: non vna Minyæ formidine surgunt.
Primus & in puppem deserta virgine ductor
310 Prosilit, & summa galeam rapit altus ab hasta:
Ense simul clypeóque micat. nec cetera pubes
Segnius arreptis in litore constitit armis.
At tibi quæ scelerum facies Medea tuorum?
Quísve pudor Colchos iterum fratrémque videnti,
Quidquid & abscissum vasto iam tuta profundo
Credideras? ergo infausto sese occulit antro
Non aliud quam certa mori: seu ca-us Iason,
Seu frater Graia victus cecidisset ab hasta.
Haud ita sed summo segnis sedet æthere Iuno:
320 Haud sinit extrema Minyas decernere pugna:
Nec numero quoniam Colchis nec puppibus æquos.
Ergo vbi diua rates hostémque accedere cernit:
Ipsa subit terras, tempestatémque refringit
Ventorumq; domos. volucrum gens turbida fratrum
Erumpit: classem dextra Saturnia monstrat.
Videre: inque imum pariter mare protinus omnes
Infesto clamore ruunt: inimicáque Colchis
Aequora, & aduersos statuunt à litore fluctus.
Tollitur, atque intra Minyas, Argoáque vela
330 Styrus abit: vasto rursus desedit hiatu
Abrupta reuolutus aqua. iámque omnis in astra
Itque redítque ratis, lapsóque reciproca fluctu
Descendit: trahit hos vertex: hos agmine toto
Gurges agit: simul in vultus micat vndique terror:
Crebra ruina poli cælestia lumina laxat:
Non tamen ardentis Styri violentia cedit.
Hortatur socios media inter prælia diuûm:
" Transferet ergo meas in quæ volet oppida dotes
" Colchis? & Hæmonius nobis succedet adulter?
340 Nec mihi tot magnos inter regésque procósque
Pro-

„ Profuerit prona haud duby sententia patris?
„ An virtus prælata viri est, & fortior ille,
„ Quem sequitur? iungam igniferos sine carmine tau-
„ ros,
„ Sæuáque Echioniȷ ferro sata persequar hydri.
„ Hoc adeò interea spectans de litore pugnas
„ Amborum, victoris eris: iam digna videbis
„ Prælia, iámque illud carum caput ire cruenta
„ Sub freta: semiuiri nec murrha corpus Achiui,
„ Sed pice sed flammis & olenteis sulphure crines.
350 Vos modò vel solum hoc fluctus expellite corpus.
„ Non te Aeeta pater generi, aut Sol magne pudebit?
„ Fallor? an hos nobis magico nunc carmine ventos
„ Ipsa mouet? diráque leuat maria ardua lingua,
„ Atque iterum Aesonides, iterum defenditur arte
„ Qua solet? haud illi cantus & futile murmur
„ Proderit: ite rates, & frangite virginis vndam.
Dixit, & intortis socio cum milite remis
Prosilit: ac fluctu puppis labefacta reuerso
Soluitur, effunditque viros ipsúmque minantem,
360 Tunc quoque & elata quærentem litora dextra.
Ibat & arma ferens & strictum naufragus ensem:
Incipit & remos & quærere transtra soluta
Sparsa ratis: mæstas altis intendere voces
Puppibus. ast inter tantos succurrere fluctus
Nulla potest, aut vlla velit: quotiésque propinquat,
Tunc aliud rursus dirimit mare: iam tamen errat,
Iámque abiit: fundóque iterum violentus ab imo
Erigitur: sed fluctus adest, magnóque sub altis
Turbine figit aquis, & tandem virgine cessit.
370 Absyrtus visu maret defixus acerbo;
Nec quid agat, qua vi portus, & prima capessat
Ostia, qua possit Minyas inuadere clausos,

Quos videt agnoſcitque tremens: maria obuia côtrà,
Sæuâque pugnat hiems, totúsque in vertice pontus.
Abſceßit tandem, vndáque recedit ab ira,
Et tanta de clade ratis: latus inde ſiniſtrum
Aduerſámque procul Peuces defertur in oram.
Cum ſocij (gemino nam ſcinditur inſula flexu
Danubij) hac dudum Minyæ Pagaſeáque puppis
380 *In ſtatione manent: illinc Aeetius Heros*
Obſidet aduerſa tentoria Theſſala claſſe
Impatiens: pugnæque datur non vlla poteſtas.
Noctes atque dies vaſtis mare fluctibus inter
Perfurit: expediant donec Iunonia ſeſe
Conſilia, atque aliquem bello ferat anxia finem.
At Minyæ tanti reputantes vltima belli
Vrgent & precibus cunctis; fremitúque fatigant
Aeſoniden: Quid ſe externa pro virgine clauſa
Obiciat, quidve illa pati diſcrimina cogat?
390 *Reſpiceret pluréſque animas, maioráque fata*
Tot comitum: qui non Furiis, nec amore nefando
Per freta, ſed ſola ſeſe virtute ſequantur.
An verò vt thalamis raptiſque indulgeat vnus
Coniugiis? id tempus enim ſat vellera Grais,
Et poſſe oblata componere virgine bellum:
Quémque ſuas ſinat ire domos: nec Marte cruento
Europam atq; Aſiam prima hæc cõmittat Erinnys.
Namque datum hoc fatis trepidus ſuppléxque canebat
Mopſus, vt in ſeros irent magis ipſa nepotes:
400 *Atque alius lueret tam dira incendia raptor.*
Ille trahens gemitum, tantis ac vocibus impar,
(Quanquam iura doûm ſacri ſibi conſcia pacti,
Relligio dulcíſque mouent primordia tædæ)
Cunctatur, mortemque cupit ſociámque pericli

Cogitat:

Cogitat:haud vltra sociis obsistere pergit.
Hæc vbi fixa viris;tempus fluctúsque quietos
Exspectant:ipsam intereà quid restet amantem
Ignorare sinunt:decretáque tristia seruant.
Sed miser vt vanos,veros ita sæpe timores
410 *Versat amor:fallíque sinit nec virginis annos.*
Ac prior ipsa dolos & quamlibet intima sensit
Non fidi iam signa viri:nimiúmque silentes
Vnà omnes; haud illa sui tamen immemor vnquam
Nec subitis turbata minis,prior occupat vnum
Aesoniden,longéque trahit:mox talibus infit:
,, *Me quoque vir tecum Minyæ,fortissima pubes,*
,, *Nocte diéque mouent:liceat cognoscere tandem,*
,, *Si modò Peliacæ non sum captiua carinæ,*
,, *Nec dominos decepta sequor:consultáque vestra*
420 *Fas audire mihi.vereor fidissime coniunx*
,, *Nil equidem:miserere tamen:promissáque serua*
,, *Vsque ad Thessalicos saltem connubia portus:*
,, *Inque tua me sperne domo.scis te mihi certè,*
,, *Non socios iurasse tuos.his reddere forsan*
,, *Fas:abeant.tibi non eadem permissa potestas.*
,, *Téque simul mecum ipsa traham,non sola reposcor*
,, *Virgo nocens,atque hac pariter rate fugimus omnes.*
,, *An fratris te bella mei,patriæque biremes*
,, *Terrificant?magnóque impar vrgeris ab hoste?*
430 *Finge rates alias,& adhuc maiora coire*
,, *Agmina:nulla fides?nullis ego digna periclis?*
,, *Non merui mortémque tuam comitúmque tuorum?*
,, *Vellem equidem nostri tetigissent litora patris*
,, *Te sine:dúxque illis alius quicumque fuisset.*
,, *Nunc remeant:meq; ecce,nefas,& reddere possunt:*
,, *Nec spes vlla super.quin tu mea respice saltem*
,, *Consilia : & nimio comitum ne cede timori.*

,, *Credidit ardentes quis se tunc iungere tauros*
,, *Posse? quis ad saeui venturum templa draconis?*
440 *O vtinam ergo meus pro te non omnia posset,*
,, *Atq; aliquid dubitaret amor. quin nūc quoq; quaerit*
,, *Nescio quid tuus iste pudor. méne optime quondam*
,, *Aesonide; me ferre preces, & supplicis ora (poenas*
,, *Fas erat? haud hoc nunc genitor putat, haud dare*
,, *Iam sceleris: dominúmque pati. sic fata parantem*
,, *Reddere dicta virum Furiata mente refugit*
Vociferans: qualem Ogygias cùm tollit in arces
Bacchus, & Aoniis illidit tympana truncis.
Talis erat, talémque iugis se virgo ferebat,
Cuncta pauens, fugit infestos vibrantibus hastis
450 *Terrigenas, fugit ardentes exterrita tauros.*
Si Pagasas vel Peliacas hinc denique nubes
Cerneret & Tempe viridi lucentia fumo;
Hoc visu contenta mori. tunc tota querelis
Egeritur questúque dies: eadémque sub astris
Sola mouet. maestis veluti nox illa sonaret
Plena lupis, quaterentque truces ieiuna leones
Ora, vel orbatae traherent suspiria vaccae.
Procedit nongentis honos, non gloria magni
Solis aui, non Barbaricae decor ille iuuentae.
460 *Quid dubitas? heu durè siles? magnúmque minatur.*
Qualis erat, cùm Chaonio radiantia trunco
Vellera vexit ouans; intérque ingentia Graiûm
Nomina, Palladia virgo stetit altera prora.
Maestus at ille minis, & nota Colchidos ira
Haeret: & hinc presens pudor hinc decreta suorum
Dura premunt. vtcumque tamen mulcere gementem
Tentat & ipse gemens, & tempora currere dictis.
Méne aliquid meruisse putas? me talia velle?

*** ἀπαλὶς πόνημα. ***

LVDOVICI CARRIONIS BRVGENSIS CASTIGATIONES IN PRIMVM LIBRVM Argonauticon Valerij Flacci.

v. 5. SI Cymeæ] *Omnes legunt* : Si Cumeæ: *quod verbum non temerè reiecissem, nisi me veterum librorum cõsensio aliò impulisset, nam & in 6.Æneidos Virgiliana:*

Cumæa Sibylla.

Talibus ex adito dictis Cumea Sibylla.
& in ecloga 5.eiusdem.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.
Codices ad vnum omnes calamo exarati scriptionem Græcam in vocabulo Cymeus *retinent:nisi quòd in altero quodam* Cimei *more Latino scriptum reperi. Huc adde, quòd in tribus libris veteribus Isidori, vbi posterior ille Virgilij versus citatur, non aliter quàm* Cymæus *legatur:cùm tamen aliàs idem Grammaticus vocem* , Cumeus, *non reiciat. quare & hic & apud Virgilium, antiquitatis rationem habendam existimo.*

13. Namque poteſt] *Variant hic & typis excusi & calamo exarati codices:quorum hi,* potes: *illi verò* poteſt: *nonnulli* potens *habent. Si* potes *receperis, sensus erit: Faue, namque potes:sin verò* poteſt, *referendum erit ad Domitianum: & id verisimilius est. putaui aliquando legi posse (quod tamen à veteribus libris abest)* Namque poteſt,

Solymóque nigrantem: *quam coniecturam Gifanius in sua Conlectanea retulit.*

15 Ille tibi] *Ita codex manuscriptus: alij*, illa tibi. *eod. verò vtraque lectio recidit. Nam vt Grãmatici meminere, sæpe non ad vocem, sed ad rem fit relatio. sic infrà,*

fratrísque pauenti
Progeniem, diuũque minas: hunc nã fore regi
Exitio, &c.

Quæ post me & Gifanius in Conlectanea in Lucretium coniecit.

18 Elice. *Vet. cod.* Helice. *quam lectionem quia in omnibus veteribus monumentis constantem reperi, retinendam censui.*

Phrixus. 20 Et sidon. *Vet. cod.* Et sydon. *Inuenio autem antiquos hac littera frequenter pro, i, frequentius etiam pro, v, vsos esse. sic supra,* Cymeæ, *pro* Cumeę: *&* Idymẽ, *pro* Idumẽ. *sic* Chirõ *&* Chyrõ, *Phrixus & Phryxus,* lacrimę *&* lacrymę, *scriptũ obseruaui: qua in re veteribus libris adhærendum censeo.*

22 Hæmoniam. *ita liber calamo exaratus. alij,* Aemoniam. *prior scriptura magis cum antiquitate congruit. aliquãndo etiam sine diphthongo scriptum comperio.*

22 Frenabat. *sic vetus cod. nec aliter omnia vetustatis monumenta.*

23 Illius omnes] *Quidam,* amnes, *reclamante & scriptorum & vulgarium codicum fide legendum affirmant: ego, cum hæc lectio tolerari posit, nolim aliud verbum ex ingenio substituere; tametsi locus hic mihi suspectus est.*

34 Clausulus hiatu *ita vetus cod. reliqui omnes,* Clausulus hiatu.

38 Tranquilla tuens. *Sic mutaui ex auctoritate libri manuscripti. nam quòd legebatur,* tranquilla timens, *planè absurdum erat: quā in sententia etiam Turnebum posteriùs fuisse video.*

41 Annue, dáque animum. *ita vet. cod. Lugdunensis verò, Parisiensis vetustior, Parisiensis recentior, Venetus, M. Fontij, Argentoratensis (iis enim impressis in hoc castigando vsus sum) legunt* dátque animum, *malè.*

42 Audisti, aufugerit. *Sic in libro manuscripto: in aliis omnibus,* audis, effugerit. *prius malo.*

49 Méque assiduis. *Ita vet. cod. omnes autem vulgati:* Lacera assiduis namque illius vmbra. *In hac vetusti codicis à vulgata lectione discrepantia, cum lectori suum iudicium reliquissem, quidam nuper in Collectaneis suis priorem scripturā è veteri meo libro (quem tamen nusquam nominat, sed vt suum adducit) desumtam, pro noua attulit.*

63 Dabat hesterno. *Cur hesternum vocat? an quòd pridie mella venenis miscuisset? an* externo *legi debet, quod liber manuscriptus agnoscit?*

65 Inmania. *ita vetus codex, vt inmensus, inmunis, & his similia, quæ suo loco annotabimus.*

66 Sic tandem. *Monuerunt iam pridem alij nō legendum hîc* sectantem, *quam lectionem hodie scripti libri, Bononiensis, & omnes denique vulgares retinent: sed* Sic tandem. *hoc etsi quin verum sit, nemo sanus dubitauerit (neque enim quid ex alio sensus elici possit, satis video) optarim tamen lectionē ab antiquo aliquo exemplari confirmari.*

68 Aut curru vt. *omnibus vulgatis in libris locus hic corruptus est: quidam pro* creditus *legunt*

Triptolemi. *sine vllo sensu: alij aliter, æque tamen vitiosè. hæc autem germana & vera lectio est:* aut curru vt fæuos, *&c.*

76 Sola animos. *vulgati omnes*, animum.

79 Animi incœptū. *ita vet. cod. alij*, animi incertum. *Sic Terentius Hecyra:* Fecit animi vt incertus forē. *Sic apud Lucretium:* Nec me animi fallit. *Sic apud Comicos:* Excrutior animi. *Talis etiam horum verborum variatio est in illo Virgilij lib.6.* Quale per incertam lunam. *cùm nonnulli libri* incertam, *alij* incœptam *habeant.*

Animi inceptus.

82 Æthera cæruleū. *Sic liber calamo exaratus: reliqui omnes*, Æthere cæruleum quateret cum Iuppiter imbrē. *quod apertè suppostitiū est. Admirabilis autem est omniū veterum librorum, quos hactenus videre licuit, error; si modò error dicēdus est, quòd ymber, non imber, scribant. cogitet lector.*

93 Thespiaca ad. *Vulgati ad vnum omnes*, Thespiaca &, *malè.*

95 Exit in vmbras. *Sic hunc locum mutauit Sabellicus. In cod. vet. & omnibus vulgatis legitur*, exit in vndas. *quod propter summam librorum consensionem reicere non potui.*

100 Omnis auet. *Bononiensis, Venetus, & calamo exaratus*, omnis auet: *alij*, omnis abit. *prius magis placet.*

Forma. *vet. cod.* Fama. *quod malo.*

104 Hos stimulant. *Ineptè in vulgatis exemplaribus legitur*, hos stimulat. *neque enim ad Iunonem, sed ad Faunos referendum est: sic & liber manuscriptus habet. & vbi alij* limine, *ibi* lumine; *vbi* illatis, *ibi* elatis *legendum est.*

108 Arcadio. *Vet. cod.* Archadio: *& suprà,* Archas, *& vbique aliàs.*

105 Cuius armata. *quidam causantur heptimimerin: vetus cod.* cuius flammata. *Si quis tamen malit legere*, armata. *eò quòd magis esse poeticum, & propiùs ad illud Virgilianum*; ferróque armare venenum; *accedere videatur, cum illo non decreui contendere.*

110 Velit ille. *Quadam exemplaria,* velut ille. *vetus verò Parisiense & manuscriptum,* velit ille. *vt vt legeris, sensus est apertus.*

111 Dextera nondum. *Vet. codex,* dextera non dum, *disiunctim. & ita scribendum esse etiam alij docuerunt.*

116 Inuiti torsissem. *Licet maximam vim habeat, quòd se vel inuito Ioue Iuno fulmen torturam fuisse iactet; magis tamen, nescio quo pacto, mihi placet si legatur,* inuicti, *cum veteri codice: quanquam alia etiam lectio contemnenda non est.*

120 Hunc quoque. *Omnes libri, præter Parisiensem & veterem codicem, hic vitiosi sunt, legentes,* Nunc quoque, *pro* Hunc quoque. *id ex affinitate literarum euenit.*

123 Lamna. *Quidam nuper in veteribus libris semper* Lamma, *non* Lamna, *legi admonuit. Ego contrà nunquam* Lamina, *sed semper* Lamna *inuenio.*

127 Vt longo, *ita vetus cod. alij,* longè. *prius placet.*

130 Hîc sperata sedens. *Vet. cod.* Hîc insperato. *Si cui tamen prior lectio magis arriserit, per me ea fruatur licet; dum modò quod sequitur,*

Corripit, illa ſedet; *malit, quàm*, Corripuit,ſi-
let hæc. *Ego ſanè ſuſpicor verbum* ſedet *ab im-
perito neſcio quo legente*, Hîc inſperata, *è tertio
verſu huc tralatum eſſe.*

134 Dotóque. *Videndus hîc Io. Pierius in no-
num Virgilij Aeneid. & legendum cum vet. cod.*
lętatáque fluctu:*non cum vulgatis*,iactatáque.

137 Viridíque thorus.*hanc lectionem liber ca-
lamo exaratus, & plærique veteres recipiunt; &
magis mihi probatur, quàm alia illa*, viridi to-
tus, *tametſi non ignorem, olim in nuptiis ignes ex
lauro virenti fuiſſe adhibitos.*

141 Rhoetus. *Vet. codex*, Rhetus. *Turnebus
putauit non ſolùm hîc, verùm etiam in omnibus a-
liis Poetis legendum eſſe* Rhœcus, *ídque ex Ae-
liani varia hiſtoria lib. 13. cui ego contranitenti-
bus omnibus veteribus libris non aſſentior, & ci-
tius in Aeliano, quàm in infinitis fere poetarum
locis vitium eſſe conceſſero. idem tamen aliquando
Pierius ex interprete Callimachi ſuſpicatus eſt.*

Rhœcus.

141 Atracia: *Vetus cod.* Extracta,*malè. Nam*
Hippodamia *etiam Ouidio* Atracis & Atracia
appellatur.

Hippoda-
mia.

144 Hac Peleus. *ita vet. cod. alij*, Hic Peleus,
hic enſe furens. *quæ lectio an melior ſit, videat
lector.*

146 Peragit Clanis Actora.*Variè hic locus le-
gitur, nec ſat ſcio an nullo in libro non vitioſè.
Aldinum exemplar habet*, Peragit Clytus anto-
ra; *reliqui vulgati codices*, Peragit Clarus An-
ra. *vet. cod. vt excuſum eſt. Sed hac de re latiùs
in noſtro, quem in hunc Poetam ſcripſimus, com-
mentario numquam edendo.*

147 Accli-

147 Acclinisque. *ita legendum manuscripti libri docent; nec fere aliter omnia antiquitatis monumenta habent.*

152 Num sæuiet. *Quidam libri,* Nunc ſeuiet. *Alij,* Non ſeuiet. *vt Sabellicus legit: codex vetus,* Nunc sæuiet. *quod placet.*

157 Fixam gerit. *ita vet. codex. alij omnes,* fixam erigit. *certè plenior oratio est, si* gerit, *quàm si* erigit *legas.*

169 Pelagum quantos. *Omnes fere nostri temporis grammatici, dum asserunt pelagus virilis esse generis, hac falsa Valerij auctoritate suam fulciunt opinionem; cùm tamen in vet. cod. legatur,* Pelagus quantos; *nec apud alios aliter reperiam.*

173 Quas referam. *ita omnes vulgati: vetus verò cod.* Quam referam.

178 Fraternæ fides accedere. *Hunc versum aliter legunt. Ego sanè lectionem, quæ mihi maximè Valeriana videbatur, elegi.*

190 Thetidique iuuencum. *Vetus cod.* iuuencam. *Hoc tametsi & Turnebus (quem omnium Gallorum doctissimum fuisse, Aduersaria nuper edita facilè conuincunt) & ego admonueramus: alius tamen vt nouum & à nemine antea obseruatum, è veteri meo libro in sua Conlectanea retulit.*

199 Mens tamen. *ita vet. cod. & antiquiores excusi: alij verò,* Mens tumet. *quam Eugentini emendationem esse suspicor.*

227 Longa Minyas. *ita vet. cod. Alij,* vates Minyas. *Nec est dissimulandum, in veteri libro semper scriptum esse* Miniæ, *non autem* Minyæ.

229 Pallore viris. *sic liber calamo exaratus,& vterque Parisiensis. Alij omnes*, Pallore oris.

231 Monitu pernoſcere. *Sabellicus, cùm hîc legeretur*, prænoſcere omina, *cenſuit legendum*, pernoſcere omnia, *ineptè. Simile quoque vitium in verſus Tibullianos irrepſit*

Omina, pro omnia E.8 c Tibullus.

Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit; illi
Rettulit è triuiis omnia certa puer.

quos ita lego:

Illa ſacras puero ſortes ter ſuſtulit,illi
Rettulit è triuiis omina certa puer.

Nec virum doctiſſimum,qui contemta & veterum & vulgatorum librorum auctoritate legit, Rettulit è trinis omnia,*audiendum exiſtimo. Nam ſiue loquatur de loco, vbi dabantur per ſortes oracula,in Fortunæ templo.(Sortes autem manu pueri verſabantur, vt eſt apud Cicer. 2. de diuinatione lib.) ſiue ſignificatur locus, vbi ſortes verſabantur ad Lunam:lectio conuenit. Fortè eodem ſpectat verſus Propertij lib.1.*

Sæpe illa immeritæ cauſata eſt omina lunæ.

233 Aëra pennis. *ita vetus codex: reliqui omnes*, aëra pinnis.

242 Quandoque datur. *Aliter vulgati, nimirum*,Quantíſque datur,*malè.*

256 Procul oſtentabat. *Vet.cod.* oſtendebat. *Alij*, oſtentarat.

271 Omnibus inde via. *ſic vulgati.Vetus cod.* inde magis. *Sic infrà,vbi alij*, deduxere,*vbi vet. cod.* diduxere. *atque ita fere vbique legitur.*

285 Cœperat à gemina,*hanc lectionem veteris cod. ſeruaui, renitentibus Sabellico & Giſanio, qui*, diſcedere, *legendum putant.carminis autem*

ſententiam

sententiam alibi ostendam.

287 Nequiquam. *Vocem hanc cùm alij Lucretio, alijsque auctoribus restituissent; ego quoque primus Valerio multis in locis ex vet. cod. reddidi.*

303 Chaoniíque vides. *Hunc versum, qui in omnibus libris hactenus excusis illum sequitur,* fidens superísque mihíque, *huc transferendum curaui, secutus veterem cod. Miror certè neminem id animaduertisse, ne ipsum quidem, qui hos versus propè tacitus præterit, interpretem.*

307 Incertus. *Alij legunt*, i certus; *vetustiores*, incertus. *quid si legamus*, I incertus?

308 Mitte metus. *ita vetus codex. Vulgati omnes*, Mitte manus. *per manus, manuum in cælos extensio significatur.*

316 Hærent. *ita vetus cod. & omnia antiquitatis monumenta. non sunt ergo audiendi, qui propterea quòd* heres & hereditas *sine diphthongo scribantur; etiam* hæreo *ita scribendum putant.*

319 Obruat Ideam. *Alij*, obruit. *prius elegantius iudico.*

330 Raucos ad litoris. *ita vet. cod. Alij*, paucos ad litoris. *vt inter se opponantur* paucos & quotiens: *mihi tamen vetusta lectio magis placet.*

331 Pontúmque polúmque. *Omnes vulgati*, Pontúmque Cretámque. *In quo versu explicando plerique minorum gentium, vt ita dicam, Grammatici insigniter alucinati sunt. quorum somnia quid attinet commemorare? certè nemo omnium hactenus ex hac difficultate se expedire potuit; nunc verò apertus est sensus, & cum vete-*

Laur. Galba. Sic, cęlo & solo. E-quis, viris velis, remis.

ris cod. lectione omnino conueniens

337 Cratera minantem. *hîc etiam nodus fuit egregio vindice dignus; cùm alij* Nysantem, *alij* Mimantem, *legerint: quem adiutus à veteri codice dissolui. Est autem imitatus Virgilium lib.* 3. *Georg.*

Virg. 3. Georg.

Bacchus & ad culpam causas dedit; ille furentes

Centauros leto domuit Rhetúmque Pholúmque,

Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

338 Leuiore Tolum. *Sic libri vulgati & manuscripti. sed cùm nusquam de Tolo legatur, libẽter hac in parte subscribo Sabellico & cod. Lugdunẽsi, qui legunt* Pholum: *præsertim cùm & Aeson & Pholus illi bello interfuerint. Originem vitij hanc fuisse existimo; cùm scriptum esset,* Folus *pro* Pholus, *(veteres enim promiscuè f, & ph, vtebãtur. sic enim in Pandectis Florentinis,* triumfator *pro* triumphator, *sic infrà* sulfur *pro* sulphur, forcus *pro* phorcus *legitur) fuerunt qui nõ* F, *sed* T, *esse arbitrarentur. (nam in veteri meo codice, forma huius literæ quàm simillima est literæ* F) *&* Folum *in* Tolum *permutarunt.*

340 Tollere remo. *ita omnes tam prelo quàm calamo expressi libri: & sic infrà etiam locutus est. Turnebus tamen putauit legendum*, Pellere remo; *quod non temerè admiserim.*

342 Deis vt dent nostro. *Basiliensis editio cum aliis excusis*, Deis video nostro. *Alij illum ineptum sonum vitantes legerunt*, Deis videam nostro, *sine vllo sensu. melior est lectio vet. cod.*

vota

vota deis vt dent. *aut enim tale quid ſe à diis optatum tuliſſe.*

351 Soluerat amplexu. *ita vetus cod. Alij omnes,* Morantis ſoluerat amplexus.

356 Criſtatus gemino. *Cur Valerius Cometam Cretæum, vt vulgati omnes, aut cur Clauum, vt Maſerius alucinatur, vocat? certè non video. quare ſeruaui vet. codicis lectionem. Si quis alteram priorum malit, & ſolidam rationem attulerit, cum illo non pugnabo.*

363 Iphitus. *Malè Lugdunenſis, Argentoratenſis, & Pariſienſis,* Iphirus; *cuius nec Apollonius, nec Orpheus, nec vllus denique alius Poeta meminit. Hic verò Naubuli filius fuit: ſic enim vet. codex, non Naubolum, vocat.*

Apollonius.

374 Sudantem pondere. *cùm in vtroque Pariſienſi & Veneto legeretur,* ſudantem, *vitio librarij Argentoratenſis irrepſit,* ſundantem. *Id obſeruans Gryphius, & qui eum ſecuti ſunt, temerario quodam caſtigationis genere ſubſtituerunt,* fundantem pondere, *quod iam omnibus vulgatis codicibus turpiſſimè inhæret.*

376 At frater. *Vulgati omnes,* At frater plenior annis.

377 Maluit Ancheos vellus cõtingere Phryxi. *Cui verſui vitium ſubeſſe ſuboluit etiam Turnebo, qui legendum putabat,* Maluit Ancheo. *quanquam quid ſibi hic vellet Poeta, parum viſus eſt intelligere, niſi ego eius interpretationem parum aſſequor. Vet. cod.* plenior actis Maluit Ancæo, *&c. quod apertè verum eſt.*

Laur. Balbus An. notat.

383 Hic vatis. *ita vetus cod. Alij omnes,* Hic vates. *Sic infrà vet. cod.* palla imos ferit

ima pedes. *vbi vulgati*, palla imos ferit alba pedes.

393 Inclitus. *sic liber calamo exaratus. Alij,* inclytus. *quidam etiam,* inclutus, *eadem varietate qua* lacrumæ, lacrymæ, & lacrimæ, *scribitur.*

394 Hinc Butes Actæis. *Aliter omnes vulgati,* Huic Butes Atræis. *Sic infrà, vbi alij* Himetton, *vbi vetus codex,* Himeton.

400 Ter quater. *Etsi quotquot vidi antiqua exemplaria, hoc in loco consentiant legendo*, Te quater; *minus tamen & mihi & doctoribus id poeticum videtur: &* ter quater, *legere malim, si à veteri cod. aliquo hac in opinione confirmarer.*

412 Phlias. *vet. cod. hic mendosi sunt, qui legunt* Pelyas. *neque enim is inter Argonautas aut ab Apollonio aut ab Orpheo recensetur, cum* Phlias *ab vtroque nominetur.*

420 Portat cælatáque. *Vulgati omnes*, portat celer aërea: *Maserius*, celer insita: *Vetus cod.* portat cælatáque, *optimè.*

441 Sed non Iphi. *Nam is in bello, quod Aeetes contra fratrem gessit, occubuit, vt dicitur libro septimo, vbi Iason queritur eum occidisse. Quódque meus* (inquit) *vestris pro mœnibus Iphis. Plerique, inter quos Philippus Eugentinus, putarunt legendum*, Sed non Iphitus. (*sic enim omnes codices, præter Parisiensem & calamo exaratum, habent.*) *nec viderunt se sillabam natura breuem, constituere longam. Antiquior Parisiensis legit,* sed non Typhi tuis. *quod vt hic recipiamus, non video sanè, quo modo in carmen septimi libri iam citatum admitti possit.*

445 Feli-

445 Felices. *Ita vetus codex, & omnia antiquitatis vestigia.*

447 Ah quotiens. *Etsi communis etiam doctiorum sententia recepit hodie, vt* toties & quoties *scribatur; magis tamen me veteres & libri & Grammatici mouent, vt* totiens & quotiens *scribendum censeam. Victorinus enim ait, quædam aduerbia cum n, scribenda esse, vt Totiens, quotiens. & Caper; sine n, inquit, scribenda sunt, milies, centies, decies: Totiens & quotiens cum scribuntur, cum n, scribenda sunt.* Quotiens

466 Geræsto. *sic legendum: non, vt plerique vulgati habent,* Gerasto. *Vide Strabonem lib. 10. Melam libro 2. Solinum cap. 29.*

479 Fissáque fluctu. *Ita omnes libri vulgati, præter Maserium & librum Parisiensem, qui legunt,* fixáque fluctu. *Vet. cod.* fessáque lucta. *prima lectio maximè placet.*

480 Concludere. *Vetus cod.* conducere. *quod verbum nescio an satis huic loco conueniat.*

481 Arcadio. *Hic iterum* Archadio *scriptum inueni. sanè multis locis in veteri cod. aspirationẽ obseruo, quæ à vulgatis abest. sic* Hagniades *pro* Agniades, *sic* Archanum *pro* Arcanũ. *quod verbum in omnium scriptorum vetustis libris tam frequenter ita scriptum est, vt parum absit quin eam scripturam planè retinendam esse contendam. sic semper* Achastum *pro* Acastum. *& infrà* Chalpẽ *pro* Calpen, *&* choruscus *pro* coruscus. *nec dubito quin multarum litterarum vsus nobis adhuc incognitus sit, qui tamen paullatim apparet.*

491 Complexus pectore. *Vetus codex,* compressus pectore. *prius magis placet.*

492 Rapuit pauido. *Vetus codex, & vterque Parisiensis hanc habent scripturam: recentiores verò,* Rupit pauido, *ineptè. Simili comparatione alibi vsus est Virgilius.*

498 Pulcherrima Graiûm. *Pulcher antiquiores cùm aspiratione scripsisse, non solùm omnes libri, quos hactenus videre cõtigit, sed etiam Grammatici testantur: sic enim Valerius Probus.* Tria nomina Latina post, c, aspirationem accipiunt, Lurcho, Pulcher & Orchus. *Et Seruius tertio Georg.* Tria veteres habebant nomina, in quibus c literam sequeretur aspiratio, Sepulchrũ, Orchus, & Pulcher: è quibus Pulcher tantùm hodie recipit aspirationem.

Pulcher, an pulcer.

521 Annuit. *Sic vetus codex melius, quàm omnes vulgati,* Abnuit. *nam eum non solùm admisit, verùm etiam filiæ dignatus est coniugio. Vnde dicitur:* Videt è grata nunc stirpe nepotes: *ita enim liber manuscriptus, nõ vt alij,* Videt è Graia. *tametsi vtrumque recipi poßit.*

535 Hac mihi vt hinc. *ita vetus cod. Alij omnes,* Hinc mihi cur. *prius malo.*

538 Et Tanaim. *Sic constanter vetustiores editiones, & liber calamo exaratus: alij,* Et Tanai, *sed ex coniectura, non ex rei veritate.*

544 Animæque parentum. *hæc est lectio libri manuscripti: vetustior Parisiensis,* Animæque parenptum. *hinc recentiores,* Animæque peremptûm.

551 Dona ferat. *Lugdun.* Damna ferat. *Quæ scriptura mihi quidem non paulò magis quàm altera illa placeret, si vetustate niteretur. sic infrà pro eo quod omnes vulgati,* quæ classe, *vetus habet,*

habet, qua classe. *& pro* Asiam concedere, *vetus codex*, Asiam concidere: *quod propter breuius vnius syllabæ spacium non audeo recipere.*

558 Summa mouebo: Experiar. *Vulgati omnes*, Summa mouendo Experiar. *idem vtraque lectio significat.*

563 Me primum. *Horum versuum intricatissimus fuit ordo, tum propter lectionum variationes, tum propter distinctiones & interpunctiones; vt taceam perturbatum sensum, in quo eruendo quidam mirum in modum se torserunt. sic enim fere anteà legebatur:*

--mea primùm regia mundo
Iapeti post bella trucis, Phlegræque labores
Imposuit: durum vobis iter & graue cæli
Constituit.--

hac autem, quam excudendam curaui, mihi videtur esse vera & distinctio & lectio, idque assentiente vet. cod.

578 Motúsque niger. *Vet. codex*, motóque niger, *&* totiens demissa, *vbi vulgati*, totidem.

583 Pyragmon. *Sunt qui malint scribere*, Pyracmon *&* cycnus, *quàm* Pyragmon *&* cygnus, *cùm tamen aliter veteres libri habeant, & in multis dictionibus c, pro g, positam esse, vt inquit Scaurus, mirum non sit, quam literam non fuisse diu apud Latinos, inuentam verò à* Spurio Carbilio *noua forma idem Scaurus & Victorinus teste Pierio asserunt.*

C pro G.

Sp. Carbilius C. repperit & R. teste Val. Max. & diuortiũ Romæ primus fecit.

585 Latúmque profundum. *Qui hanc lectionem veteris cod. non intellexerunt, maluerunt coniectura vsi legere*, Latiúmque

profundum. *fortè* , altúmque profundum. *Altum enim pro mari apud hunc Poetam & Virgilium frequens est , nisi profundum pro eodem accipiat ; vt infrà* : Pater ipse profundi. *Et apud Claudianum:*

Inuenta secuit qui primus naue profundum.
Et aliàs sæpe.nã prima lectio prorsus absurda est.

593 In mõte chalybs. *Sic liber calamo exaratus:alij* mõtémque chalybs,*ineptè.Erroris origo ad verborum transpositiones referenda est:cùm enim scripsissent librarij,*mõte inque chalybs,*pro* in monte chalybs,*natum est verbum illud,*montémque,*quod passim in vulgatis exstat. Sic Iacobus Ræuardus cap.vltimo , C. de testa. milit. pro* tribunatum militum , *eleganter restituit* in tribunatu militum.*Sic IacobusCuiacius cap.penul. de bonorum possess. contra tab.pro eo quod in vulgatis est* effectum, in effectu *legendum esse, acutè animaduertit.vterque sanè I.C.hac ætate doctissimus.Ræuardi autem nostri emendationem eò libentiùs attuli, quòd eam in duobus manuscriptis libris liquidò compererim,ita vt de lectionis integritate vix dubitari possit. Obseruandum est hìc in veteri codice scribi* calyps *pro* chalybs *aut certè* calybs *: quemadmodum in pandectis Pisanis,* optineo,opstringo,*& similia.*

IN,transpositum.

601 Tollere harenis.*ita vet.cod.& omnes antiquiores : Varronem tamen ab ariditate deduxisse,testis est Seruius.*

619 Puppis in obliquam. *hæc est lectio veteris cod. Alij habent* : Puppis in obliquum , resonos latus accipit ictus.

623 Antennáque. *Sic liber manu scriptus & alie*

aliæ antiquitates. nec placent Grammatici, qui dictum putant, quòd ante se habeat amnem, quasi antemna *scribendum sit. dicitur autem ab* an, *quod priscis* circum *erat, &* tenendo: *est enim id quod Carchesion nominatur.*

631 Terras spe pelagi. *Qui sic legunt, amaram quandam insultationem esse existimant: alij verò, pro quibus vet. cod. facit*, linquite terræ spem pelagi, *addentes iis qui mare ingrediuntur, nihil præter mortem obuersari debere, quandoquidem ea non maiori quàm vnius asseris interstitio à nauigantibus absit; temerarium itaque esse, in mari terras cogitare.*

637 Aspectu in misero tota cum. *ita vulgo. & sunt qui heptimimerim excusent. at ego libentiùs legerim vt vetus cod. habet, & excudendum curaui.*

654 Tendunt simul. *hæc mihi optima lectio visa est, tametsi liber manu scriptus haberet*, ab Aeoliæ tendunt simul æquore portæ. *iudicent doctiores.*

658 Socer erigit. *In quibusdam operarum incuria legitur*, socer exigit, *pessimè.*

674 Heu luerim. *Ita legendum esse, non vt vulgati omnes habent*, hæc luerint, *satis patet ex sequenti*, tua numina rector, Iam fuerint meliora mihi. *nam dux pro suorum salute & incolumitate sollicitus, quicquid periculi aliis incumbit, sibi id deberi censet.*

678 Pascet honos. *Variè hic locus legitur: in vetustioribus excusis*, pascit honos; *recentioribus*, pascat honos; *vetus cod.* pascet honos.

679 Stas pater. *Vet. cod.* stat pater. *quod ta-*

men alia manu deprauatum fuisse videtur. sic vetust. cod. tantus nostras. *vbi vulgati*, tantum nostras.

681 Dextræque sequuntur. *Ita legit Philippus Eugentinus: quæ lectio non displiceret, si vetus aliquis codex eam probaret: in recentioribus excusis est*, dextræque sequentum, *quo modo etiam legendum putauit Turnebus: in vetustioribus verò & manuscripto codice*, dextráque sequentum. *quod retinendum esse ex meo veteri libro rectè nuper quidam in suis Conlectaneis monuit; non tamen ea id ratione, qua ille faciundum putauit, nempe quòd veteres multa in a, produxerint, quæ nos breuia constituimus.* Nam exem-*plum illud Prudentij, quod ex libro primo in Symmachum adducit, planè huic nostro simile, & ita vt ille legit, legendum est.* Mimica ridendáque suis. *nimirum propter vocem encleticam. Alia quæ affert, huc non faciunt, sed de illis aliàs.*

Ob. Gifanius.

Prudentius.

684 Inscia. *ita vetus codex: alij*, manus anxia. *vtrumque conuenit. Et infrà*, Dædalus ora Prosiliit. *vulgati*, Dædalus Ida Prosiluit.

708 Cortina. *sic vulgati. Vet. cod.* Gortina. *Sed de harum litterarum similitudine latiùs & diximus & dicturi sumus.*

710 Fusus humo. *Hanc lectionem & scripturam certam esse, cùm antè legeretur*, fusus humi, *persuaserunt mihi infiniti ferè veteres libri Virgiliani: nam primo Aeneid. in illo*, Quàm septem ingentia victor Corpora fundat humi: humo, *non* humi, *in omnibus antiquioribus exēplaribus scriptum est. quod nec Pierius dissimulauit, qui eam tamen scripturam admittere vere-*

batur

batur. quid? quod ita etiam illud lib. 5. eiusdem:
Cæsis vt fortè iuuencis
Fusus humo. *vbi alij* humi, *alij* humum *habent, legendum ex tribus vetustissimis libris didici? quam loquendi rationem Valerius videri poterat imitatus esse. & ita planè habet vet. cod. meus.*

729 Natíque Lycurgum. *Vetus cod.* Ligurgum. *quomodo etiam in sexcentis fere vetustis libris, Virgilij, Horatij, Prisciani, Senecæ, & aliorum scriptum est. quare eam scripturam retinui vt hoc loco verissimam: & verisimile est alios id post me etiam obseruaturos.*

732 Melius prænosceret. *ita vet. cod. alij,* pernosceret.

Phlegetontis operti. *Sic legendũ coniecit* Turnebus, *cuius coniecturam vet. cod. meus probat.*

735 Aeolus antris. *Omnes vulgati,* Aeolus aruis. *Liber calamo exaratus,* Aeolus antris. *quod melius conuenit cum epitheto, secretis.*

757 Quam multa leo. *Qui hîc putarunt legendum,*

Quàm multo leo cunctatus in arta

758 Mole vi ũm, rictúmque genásque & lumina pressat, *facilè conuinci possunt, si auctoritas veterum codicũ omnium obiciatur, quibus illi ipsi ita religiosè adhærere solẽt, vt vel errare cũ illis, quã cùm vulgatis bene sentire, malint. Porrò quod ad scribendi modum attinet, Valerius Probus,* Artus *pro* Angustus, *&* Artus *pro* membris, *sola declinatione, non etiam scriptura distinguit.* Arctus.

767 Talia per lacrimas. *Sic omnes typis excusi: at exemplar manu scriptum,* Talia per-

lacrimans. *Quod verbum cùm non dum alibi inueniſſem, huc etiam non admiſi: niſi fortè litera* n, *interiecta ſit, ſicut in Vicenſimus, octogenſimus, & ſimilibus factum eſſe, ex pandectis Florentiæ renatis facilè apparet.*

771 Æui rudis. *Vulgati*, rerum rudis. *Sic infrà dicit*, rudem ſub limine rerum.

783 Niger auehit. *Ait Charontem non ante carmen magicum decantatum auehere vmbras: niſi quis ſecutus recentiores, legat*, niger aduehit, *& interpretetur*, non ante magicam incantationem Charon aduehit vmbras, *vt ex iis cognoſcatur quod lubet. quod non placet.*

808 Incondita leti. *ſic vet. codex. Alij*, incognita leti.

812 Quin fida manus, quin. *Vehemens & dira eſt hæc deteſtatio: nam magnam vim habet repetitio illa*, quin, quin; *maiorem certè, quàm ſi legas cum omnibus vulgatis libris*, quem fida manu, quem, *ſine vllo commodo ſenſu.*

827 Rebúſque abſciſſa. *Hic locus neſcio quo modo oculos meos in priore editione ſubterfugerat: eum itaque Turnebus pulchrè reſtituit: nam & vetus cod. ita habet. Poſt quem tamen alius in ſuis conlectaneis hanc emendationem magno clamore ſibi vindicat. quæ hæc impudentia eſt?*

829 Victam ſi voluere molem. *Poſt hunc, verſus aliquis deſiderari videtur. In vulgatis legitur,*

Fata velint, ſi ſumma dies ſubuerterit orbem.

Sed cum vterque Pariſienſis, Aldinus, Bononienſis, & quotquot ſunt Argentoratenſi vetuſtiores libri, ignorant. Itaque non immeritò ſuſpicor Eugentini eſſe, qui & alia ſua carmina

ſub

ſub caſtigationis titulo huic Poëtæ inferſit.

Vetus codex:

Iupiter, & primæ velit omnia reddere maſſæ.

Sed,ne quid diſsimulē, margini adſcriptus eſt, ita vt iure de eius fide dubitari debeat, atque adeò neutrum Valerij eſſe Iouem lapidem iurarim.

848 Maneat Pelyan. *Sic ſuprà*, Borean,*lib. vet.habet,vbi vulgati* Boream,*hic* Peliam.

LVDOVICI CARRIONIS BRVGENSIS CASTIGATIONES IN SECVNDVM LIbrum Valerij Flacci.

6 IAmque fretis. *Malè hic in omnibus prælo excuſis,legitur,*Iámque freti,*cùm vetus cod. habeat* fretis. *quo in caſu ſæpe & apud hunc & apud alios poetas reperitur.*

7 Templáque Piſeæ. *Turnebus in ſuis aduerſariis contendit legendum ex Apollonio*, Tiſſeæ: *ita tamen vt paulatim à ſua ſententia deſciſcat, & apud Orpheum, aut quiſquis alius eſt eorum Argonauticorum, quæ ſub Orphei nomine circumferuntur, auctor*, Piſeæ *legi non diſſimulet.*

11 Intrantémque Amyron. *Argentoratenſis &*

Lugdunensis, Intrantémque Myrin. *Maserius*, Intrantémque Amyron. *quam lectionem tenendam censui. est enim Amyros fluuius Thessaliæ, in mare Ægeum decurrens, cuius Apollonius post Schyaton meminit. Litorea quoque vrbs est, non longè à Melibea sita: vndè Centauri Amirai dicti sunt. Quid verò Myris aut Amyris sit, nec apud Græcos nec apud Latinos legi, nisi ita Valerius Amyron vocarit.*

14 Fretúmque reuersus. *ita omnes vulgati. Vetus cod.* velúmque fretúmque reuersum.

20 Extruxit. *ita liber calamo exaratus, quod suadet compositionis ratio, teste Scauro Grãmatico.*

24 Horror abest. *Cùm sub Ætna Typhoeus iaceat, rectè dixit Poeta eum à Phlegra abesse: vnde erroris conuincuntur, qui,* Horror adest, *cum vulgatis legunt.*

26 Neptunus in alto. *Sic vetus cod. Alij,* in altum. *prius magis placet.*

28 Torquentémque ignibus. *Strabo Typhoeo & draconis capita & serpentinos pedes dat, quo Poetam respexisse dicet, qui hic leget cum vulgatis,* torquentémque anguibus vndas: *qui verò malit,* torquentémque ignibus vndas, *referet ad id quod dictum est,* sacras remouentem pectore flammas, *per quas fulmen intelligo, quo ictus erat. quæ commodior interpretatio esse videtur.*

30 Trux ille eiectat. *Putant quidam potiùs legendum,* eructat, *quàm* eiectat, *eò quòd magis aures impleat. Ego verò nihil lubens contra veterum librorum consensionem mouerim. Ouidius quoque ab hac scriptura stat, 5. Metamorph. enim versus adscribam.*

Nititur

Nititur ille quidem tentátque resurgere sæpe:
Dextra sed Ausonio man' est subiecta Peloro,
Leua Pachyne tibi: Lylibęo crura premuntur:
Degrauat Ætna caput: sub quo resupinus harenas
Eiectat, flãmãque foro vomit ore Typhoëus.

37 Rupto sonuit. *Malè vterque & Parisiensis & Bononiensis*, rupta sonuit.

57 Null' in orbe. *sic vet. Cod. Alij*, null' in ore.

58 In imo decidit Euro. *Ita vulgati omnes, præter Basiliensem & Argentoratensem, qui habent*, imo decidit auro, *ineptè. Vet. cod.* in vno decidit Euro.

60 It tacitis. *Vetus Cod.* & tacitis ratis ocior horis. *Impressi omnes*, it tacitis ratis ocyorauris.

64 Nunquam conditur. *ita liber manuscriptus. Alij*, nunquam conditus, *malè.*

81 Terra fugæ. *Hanc lectionem seruaui vt vetustiorem & meliorem alia illa*, terra fugat. *iudicet lector.*

84 Æthereæ nec stare. *Ætherius, non Æthereus scribo ex omnibus omnium bonorum auctorũ vetustiss. libris, licet alij dicãt in illis Æthere' legi.* Ætherius.

86 Pœnámque Baratri. *Sic meliores codices & Virgiliani & Valerij Flacci: alij*, pœnásque Barathri, *malè.*

91 Vox inde repens. *Repens idem hic est quod subita & repentina. vt apud Lucretium libro 5.* Repens, pro repentinus
At pater omnipotens ira tum percitus acri,
Magnanimũ Phaëtonta repẽti fulminis ictu
Deturbauit equis in terram.
Et Virgilium Æneidos 12.
Quo ruitis? quóve ista repẽs discordia surgit?

Et apud Ciceronem Tuscul. 3. Ne me imparatum cura laceraret repens. *Vt & Statium Thebaid.* 7.

Vocisque repens singultus, apertum
Interclusit iter.

Sic Liuius lib. 1. Repens ex agris in vrbem tumultus allatus, pro nuntio fuit. *Falli itaque constat eos, qui ne sillabam hic breuem constituant,* Vox inde recens, *legere malint, contra veterum librorum fide subnixam scripturam.*

103 Iam tum ea. *hæc est germana scriptura. Aliorum & lectio & interpretatio ridicula est. Sic infrà omnes legunt*, nigrâmque simillima palmam: *quod retineo.*

109 Inducto cratem. *ita melioris notæ libri: alij*, induto cratem. *Et infrà, vbi omnes*, plenásque mouebat, *ibi vet. eod. habet*, plenásque mouebant.

124 Videt illa. *Malè vulgati codices*, vidit illa, *nulla carminis ratione habita.*

133 Hinc tibi principia. hinc. *ita vet. cod. Vulgati omnes*, Hæc tibi principia. hæc. *prius malo.*

136 Et primam Eurynomen. *Hunc versum liber calamo exaratus nescit, quanquam de fide eius nihil dubito. Nam & Apollonius, Eurynomes, meminit. Sed libentius legerim*, ad proxima, *quàm, vt vulgati libri habent*, ac proxima. *atque ita sanè legendum contendo. Sic apud Calpurnium Siculum Ecloga* 7. *pro eo quod pleraque cãtiones habent*, Quid te stupefactum rustice, dixit, Ac tantas miratis opes? *legendum est*, Ad tantas miraris opes? *cum libro manu scripto. Sed de eo in*

Calpurnius Siculus.

eo in illum Poetam latius.

139 Manet illa viro. *Liber Bononiensis & manu scriptus habent vt excusum est. Parisiensis vero:*

Manet illa viros, famulásque fatigat
Litoribus tardi reputans quæ tempora belli.

141 Ante thorum &longo mulcent, *&c. Alij,* mulcens. *quæ mihi commodissima lectio videtur.*

157 Scis fumus. *Veteris cod. lectionem repræsentandam curaui, etsi ex ea sensum non admodum commodum est elicere. Vulgati omnes:*

Scis simile vt flammis simus genus, adde cruentis

158 Quod patrium sæuire Dahis. *Alij,* sæuire dabis.

Maserius, qui hunc Poetam non omnino ineptè scripsit, multis variisque testimoniis adductis, mulierum genus flammis simile esse, asserere conatur; quasi id ageretur.

160 Toros virgata. *Vetus cod.* toros ingrata. *Lugdunensis & Bononiensis,* toros iurgata. *sed magis placet lectio vtriusque Parisiensis,* toros virgata. *ait enim eam, quæ plaustro assueuerat, Barbarico ritu vestitam Lemniacarum thoros turbaturam.*

161 Plaustro direpta. *Vetus codex,* Plaustro directa. *prius malo.*

163 Hisdémque. *Ita manifestè liber calamo exaratus: quod etiam in diuersis aliorum Poetarum manu scriptis libris millies obseruaui, & alij post me obseruabunt. Vnici exempli causa locum afferam. Apud Virgilium libro secundo Æneidos, in Buslidieno & plerisque alijs veteribus exem-*

Hisdem pro iisdem.

pluribus scriptum est:

Et sedibus hæret in hisdem.

Puto ea ratione, qua Priscianus lib. 7. scribit veteres in pluribus differentiæ causa fecisse quasdam syllabarum vel litterarum additiones vel ademtiones vel accẽtuum mutationes. Itaque, inquit, in compositionem idem & isdem per vnam i, scripsisse, quia nulla fit confusio significationis, inueniuntur pro iidem & iisdem. aut fortè quemadmodum idem compositum dici potest ab is, ita hisdem ab hic. considerent doctiores.

168 Retrahítque audítque. *sic vet. cod. At Lugdunensis & Argentoratensis*, eadémque tradítque audítque: *vterque verò Parisiensis*, eadémque trahítque audítque, *ineptissimè.*

170 Iamque oscula. *Vulgati omnes*, atque oscula, *peius.*

178 Fortuna dedisses. *Anteà legebatur*, fortuna dedisset, *quod vt mutarem vet. cod. in causa fuit, cum sensus nihilo deterior sit.*

180 Fulmẽ agi *Putaui aliquando vulgatã lectio ne*, culmẽ agi, *hac meliorẽ esse; at nunc contrà hãc lectionem admitto, aliam reicio; quanquam nescio an meliùs cùm illo Virgiliano conueniat:*

Flammæque furentes

Culmina pérque hominum voluantur, pérque deorum.

183 Vrbem vt fugiens. *ita calamo exaratus reliqui*, vrbem aut fugiens, *prima littera operarum culpa adiecta. Et infrà in vulgatis malè legitur*, illic arrectæ, *pro* ilicet arrectæ.

191 Venientibus adsunt. *Vet. cod.* assunt. *ita autem veteres scripsisse patet ex dicterio Plautino, vbi*

no,vbi cuidam quæsito & dicenti Assum, *respondit aliter,* Atqui ego elixum malim.

199 Turbine p ontum. *Vulgati*, turbine pinum. *non placet. Sic infrà*, astricto; *vetus cod.* astricto, *optimè. Et superiùs pro* accubat, *vet. cod.* occubat. *iudicet lector.*

203 Per auras. *Sic vetus cod. & Lugdunensis: aliq,* p r aures.

217 Verbere victas. *ita vulgati omnes: vet. cod.* verbere ductas.

221 Quę se aperit series. *Vetus cod.* Quę se aperit facies; *sed malè, vt mihi quidem videtur. vt & illud quod suprà in veteri codice legitur,* meritas en prima reuertor.

231 Oculos pressere metu. *ita vet. codex. Alij omnes,* oculos pressere viri.

234 Pressósque thoris. *Sic omnes vulgati; liber verò calamo exaratus*, prensósque thoris.

237 His cruor. *Ita rectè in veteribus libris legitur : nec me mouet Sabellicus, arbitratus legendum*, It cruor. *rationem nemo non videt.*

240 Addúntque domos. *Maluit quidam legere,* obdúntque domos.; *decepti, opinor, interpunctionibus. At ego cùm id quòd in omnibus legitur, sensum nihilo deteriorem, imò non paulò meliorem efficiat, nihil muto.*

241 Sed dura. *Vet. cod.* dira. *quod magis placet.*

257 Misera retine. *Sabellicus rectiùs*, miser ecce tene, *legi posse putat, vt ad præsentem, inquit, rerum statum referatur. Mascrius cum vet.*

*cod.*miseræ retine, *legit. Lugdunensis & Argentoratensis,* miserande tene. *quorum quodlibet eorum sententiæ facile prætulerim, qui vel* ecce tene, *vel* miserere tene, *legendum censent.*

275 Vt pater &. *Ita vetus cod. Alij ineptiunt legentes,* Vtque pater niuea tumeant vt.

278 Linque ò mi. *Sic liber manu scriptus. Alij omnes,* Linque ò mihi.

287 Non patrios. *Omnes vulgati*, non patrios furtis accedere saltus. *Vetus cod.* non patriis bustis accendere saltus. *Vtram lectionem lector præponendam putet, ipsius indicio relinquo.*

296 Te credere. *Ita hîc legi debet; non,* te reddere, *vt vulgaris editio habet.*

298 Soluimus heu serum. *Hæc est lectio omnium prelo impressorum. Vet.* Soluimus heu miserum.

314 Redeúntque piæ. *ita vet. cod. Alij,* reddúntque piæ. *prius malo.*

321 Sed maxima cæte. *Vulgati*, sed maxima Thetym, Proteáque ambiguum Phariis referebat ab antris.

Vetus codex: Sed maxima cæte,

Proteáque ambiguum Pharij se patris ab antris.

quam scripturam retineo.

326 Portum demus ait. *Vulgati omnes:* Portum demus, ait; nobis hac credite puppis Aduenit & leuior *&c. Vetus verò codex:*

Portum demus, ait; hac hospita credite puppis

327 Aduenit leuior Lemno deus, *&c. Quam lectio.*

lectionem cùm librarij in priore Valerij mei editione corrupissent, & ita fere, Adueniet Lemno leuior,*repræsentassent,factum est vt alter ille,qui nimis me hercule impudenter meas in Valerium Castigationes frequenter ad verbum è scholiis meis in sua Conlectanea transscripsit, vitiosam libri calamo exarati lectionem pro vera malo medius fidius exemplo attulerit. & ita in vet. cod. meo(quem,vt dixi,nusquam nominat,sed vt suum adducit) legi adnotarit,* adueniet Lemno leuior Deus,*&c.sed de his etiam pòst. Quid hoc, si non impostura, est?*

331 Scelerisque recentis.*Vet.cod.*scelerisque nocentis.*non placet.*

366 Tortor agit. *sic exemplar manuscriptum: alia omnia*, Terror agit.

372 Longis cœptis. *Lugdunensis, & Argentoratensis,cum Florentino,*Longus cœptis & fluctibus arcet

Quem metus. *Parisiensis vetustior:*

Longis cœptis & fluctibus arcent

Qui metus. *Vetus codex:*

Longus cœptis & fluctibus arcet

373 Quem metus.*quod apertè verum est.*

380 Desertásque domos.*ita vetus cod. Alij,* Desertásque domus.*sed prius malo.*

381 Cunctantibus adsit. *Vet. cod.* assit. *hic & vbique.* iidem.

398 Et facies. *Quidam mutarunt,* it facies, *contra veteres libros, quorum hac in parte maximam esse auctoritatem statuo.*

399 Et quando.*ita vet. cod. Alij omnes*, ecquando.

400 Scepta gerant. *sic omnes vulgati.Vet.codex*,Sceptra regant.

402 Sæuit amor.*& hac est lectio vet. codicis. Alij legunt*,sæua magis,*planè ineptè.*

402 Excussâque.*Vetus codex*,exclusâque,*qui etiam proximo versu habet*, imbuerátque, *pro*, imbuere atque. *quod aut dictantis aut excipientis culpa accidit.*

Ammittere.

403 Ammittere.*Sic vetus codex.& ita antiquos scripsisse qui ignorarũt, multis erroribus causam dedêre.vt in rescripto Imperatoris Theodosij, quod sub titulo xxxvi.lib.vi.cap.vltimi, Codicis Iustinianei legitur, vbi pro eo quod hodie*, Non enim par eadémque ratio videtur, amittere debita,& lucra non capere, *legendũ esse*,ammittere. *& Codex Theodosianus libro quarto,capite septimo,& duo manuscripta exemplaria quæ vidi, planè confirmant.*

Cod. Theodosf. & Iustiniani.

409 Sic portus. *Hæc est distinctio & lectio meliorum exemplarium;quam etiam vt meliorem retineo. Alij legunt*,

Si portus fugerit ratis aspera,si te
Plias in aduersæ tenuisset litore Thraces. *nulla interrogationis adduta nota.*

413 Clamidémque. *Ita scriptum inuenio in veteri cod. in quo etiam secundo ab hoc versu pro vulgata lectione* pinxit acu, *legitur* pressit acu. *& pro Parisiensi* sæua parentum, sæua pauentum.*denique pro vulgari* sit comes, sim comes. *optimè.*

435 Tunc tenus it Lemnos. *Qui hanc lectionem defendunt, ad nauigantium opinionem refe-*

referunt quibus assentirer, si sententiam, non verba spectaremus; quanquam quæ ibi sententia esse posit, non video. Bononiensis & Parisiensis, tunc tenuis Lemnos. *quod epithetum non satis cum illa conuenit, nisi* tenuem *dicamus propterea quòd nauigantibus* tenuis *propter interstitium videatur. Ego sanè aliquando libentius legissem*, Tunc Tenos & Lemnos, *sed sillabæ prioris longior mora id nòn patitur. Quare huic loco hæc elementa* n, l, *apponenda censeo. Vetus cod.* transibátque Electria, *malè.*

443 Hactenus in populos. *Huic loco, qui ab omnibus hactenus malè acceptus fuit, proprium & germanum nitorem restituit (ne quis suo honore fraudetur) ille, qui nuper in Lucretium Conlectanea edidit; eleganter sanè & ingeniosè: ídque ex scriptura, quam ex veteri meo libro expressam proposuerám lectori; quæ tamen non ita vt ille asserit, interpuncta est, sed hoc modo:* Missa mane; *In hac itaque lectione meum veterem codicem, in interpunctione verò suam sequitur coniecturam.*

466 Visúque enisus. *Ita vetus cod. quo auctore hoc verbum, quod sine vllo indicio aut edicto alij ex vrbe eiecerant, in Latium reduxi. Sic apud Virgilium libro tertio Æneid.* adnisi torquent, *non* adnixi, *habent libri plerique veteres.*

468 Lumina fluctus. *Vetus cod.* surgentia flumina fluctus, *quàm rectè, viderint alij. certè Lucretius lib.* 5. fluminis fluctum *dixisse videtur.*

Fluminis ingentis fluctus, vestémque cruentent.

471 Aut liquidi. *Ita liber scriptus. Alij*, aut aliqui, *malè.*

Fluctus Ideæ. *Omnes vulgati*, Fluctus venêre. *Sed ego veteris cod. lectionem malo.*

486 Hammon. *Libri veteres plerumque huic nomini aspirationem addunt, quæ tamen ab omnibus vulgatis abest.*

506 Passósque sinus. *varia hic lectio est: quidam legunt*, passúsque sinu : *alij*, passúsque sinus. *sed liber manu scriptus habet vt excusū est.*

522 Ille simul. *Ita vetus cod. Alia exemplaria*, illa simul.

523 Intremere idem. *Omnes vulgati*, intremere Idæ; Illidíque ratis. *Vet. verò liber*, intremere idem, Illidíque rates. *Indicet lector.*

539 Fluctus defertur bellua. *Exemplaria typis euulgata habent*, fluctus præceps defertur in imos. *sed prior lectio & vetustior est, & magis rem ipsam oculis subicere videtur.*

551 Cùm colla. *Alij legunt*, tum colla tumens, tum celsior armis.

576 Priami sed quis. *Sic manifestò vet. cod. Vertere autem pro auertere positum videtur. Vulgata scriptura hæc est:*

Herculeis deberi Pergama telis
Audierat Priami. sed quis iam vertere regni
Fata queat?

magis antiqua lectio placet.

Dorica contra Politian.

577 Nox dorica. *Cùm primùm ederem Valerium, putabam hic legendum esse*, nox Durica. *quam scripturam tum quòd veteris libri, quem Politianus vidit, auctoritate niteretur; tum quòd quàm proximè ad illud quod in omnibus hodie exstat,*

exstat, nox Dorica, *accederet; maximè verò quod Rhodigino & Politiano idem hoc placuisse viderem; publicè etiam asseruì. sed multa sunt, quæ, vt sententiam meam mutarem & vulgatam lectionem retinerem, suaserunt, aut veriùs impulerunt. non quidem ea quæ Auctor in Lucretium Conlectaneorum copiosè adfert, quæ nullius fere sunt momenti. de librorum enim consensione quod dicit, nihil est; nam veteris illius, de quo antè, fidē illi obicere possem, potißimū cū ita vetustus fuerit, vt Politianus non malus harum rerum æstimator, ex eo vno omnes, qui hodie sunt in manibus, profluxisse existimarit, & ille ipse, qui eam nobis consensionem opponit, nullum vmquam Valerium Flaccum, quod mihi non semel amicè affirmauit, præter meum in Scholiis meis ad verbum fere expressum, manuscriptum viderit. Sed non me ea quæ ille adfert, mouerunt; alia quædam sunt, quæ longum esset enumerare.. de quibus in* Commentario *latiùs fortasse disseram.*

577 Lustris. *Baptista Pius & Politianus legunt* fatis, *cuius tamen vocis, paucis quibusdam interiectis verbis, repetitio inornata mihi videtur. nihil itaque est, cur non antiquam lectionem, quæ ad duo lustra, quibus ad exscindendam Troiam opus fuit, alludit, conseruemus.*

581 Plura vocantis: *Variant hic pleraque exemplaria. Vulgata:* Tum verò plura vocatis
Annuit ille dies: promissa infi..a tyranni

583 Iam Phryges, *&c. Antiquiora verò habent vt excusum est. & si prior lectio magis placeret, si* annuet *legeretur, alij iudicent.*

591 Quondam sine nomine. *Quidam libri,*

ſine numine, *quod non omnino reiciendum eſt. ſed facilis eſt litera o in u, & contrà, tranſmigratio. Sic lib.* II. *Æneid. Virgilianæ*: neque hoc ſine nomine letum. *Veteres plærique habent*, ſine numine. *quod venuſtius videtur*

599 Fortuna penates. *Vulgati omnes*, fortuna nepotes. *At altera lectio & à lib. vet. agnoſcitur, & illi Virgiliano ſimilis eſt*: Sparſos fraterna cæde Penates.

604 Celeres hîc prima. *Aliter libri prelo impreſſi*: Hic primà pio ſollemnia Phryxo. *quod mihi nō æquè placet. Sic infrà pro eo quod in vulgatis eſt*, ſtupuítque fragore, *&*, iuga Percotes, *vetus codex habet*, ſtupuítque fragorem, *&*, iuga Percotis. *ſed poſtremum hoc non admitto.*

628 Lamſacus. *Ita vet. cod. hic & in aliorum Poëtarum, vetuſt. lib.* dextrámque amplexus. *Sic vulgati. at vet. cod.* dextráque amplexus. *&* efferat, *pro quo impreſſi habent*, afferat.

LVDO-

LVDOVICI CARRIONIS IN TERTIVM LIBRVM VALERII FLACCI CA- stigationes.

1 Tithonia soluerat vmbras. *Vulgati omnes*, soluerat vndas, *sed vetusta lectio melior est: sequitur enim*, exuerátque polum: *nimirum vmbris.*

5 Dat Cererē lectúmque. *Lib. Lugdunenses, Basil. Argentoratenses*, da Cererem lætúmque: *quod quo modo intelligi possit, qui illis editionibus præfuerunt, viderint. cod. vet. lectionem repræsentandam curaui*, lectum *verò pecus ea ratione dicit qua Virgilius:*

lectas de more bidentes.

9 Abscessu lacrimans. *Post hæc verba in omnibus vulgatis finis huius versus, & principium proximè sequentis, desiderantur: vbi stupenda est eorum temeritas qui hunc Poetam ita in omnibus lacerarunt, vt ne sui quidem speciem retinuerit; quod an vllo in altero æque contigerit, ignoro. Mirari sanè soleo quibusdam hunc interpretari aggressis non suboluisse vulnus hic plusquam Chironeum latêre.*

11 Clyte variauerat. *Parisiensis vtraque editio*, chlamidem variauerat. *vet. cod.* ditem varia-

uerat. *rectius Eugentinus*, Clyte variauerat. *In* cl & d. *vet. cod. facilis est error ex affinitate* d. *&* cl. *Sic postea quidam legunt*, misit in arma Daraps: *alij*, misit in arma Claraps.

25 Postibus ora. *Post hunc versum in omnibus vulgatis legitur ille*, Muneribus primas: *& quem superius desiderari admonui: huc verò scioli volente nolente sensu violente traxerunt.*

34 Velo Proconesson. *Hic versus magnam & Maserio, & reliquis Grammaticis exhibuit molestiam. cùm in vulgatis legeretur*, velóque Procneson, *& illi inter se de carminis ratione altercarentur. Nunc verò quis est qui de huius scripturæ veritate dubitet?*

35 Et te iam. *vet. cod.* & Cæam. *quæ lectio an vllo modo recipi possit, videant illi quibus & otium & vet. lib. suppetunt.*

35 Rhindace. *Vet. cod.* Rhundace: *quam scripturam etiam alij probarunt, & interpres Lucretianus in sua Conlectanea ex meis transscripsit Scholiis, vt & versum sequentem. addendum & illud, Varrio Flacco eandem videri apud Latinos* v *quæ apud Græcos* υ.

V pro Υ Græco 36 Scyllaceō vnda. *Aliter legūt vulgati*, Scylacęō ab vnda. *Similis variatio est in illo Virgiliano:*

Virg. Caulonísque arces & nauifragum Sylacæum. *Gifanius in Lucretium legendum existimat:*

Cautonísque arces & nauifragum Syllacęum. *& ita in vet. lib. legi, quod antea Pierius monuerat, testatur: etiam in illo qui in bibliotheca artium Louanij asseruatur: in quo tamen, pace illius dixerim, manifestè legitur,*

& nau-

& naufragum Scyllacæum.
sed in pluribus vet. exemplaribus eam quam primo posui loco scripturam inuenio, & doctioribus probari audio: vt versus plenus sit, quam Acron agnoscere Od.16.lib.1.Horat. videtur.

41 Dimittitque oculos solatáque. *Ita vet. cod. magis mihi tamen arridet vul. lectio,* dimittitque oculos resolutáque.

48 Lucis ad horas. *Hæc est vulgaris scriptura: pro qua Politianus legendum existimat,* lucis ab horis: *male. Parisiensis liber,* lucis ad ortum: *vet. cod.* lucis ad ortus: *quarum vtramuis lectionem nemo est qui aspernandam putet.*

54 Gorgon. *Ita vet. cod. vulgati verò,* Gorgo: *inter illos est & Lugdunensis, qui etiam sequenti versu legit* sparsit, *& inferius,* orichalca sonora, *pro* orichalca sonoro, *&* sparserit: *quod operarum negligentia, quæ in hoc Poeta excudendo insignis fuit, accidisse arbitror.*

61 Oricalca. *Sic hanc vocem in omni antiquitate scriptam inuenio, vt & in vet. cod. in quo etiam paulo post legitur* quæ prima parenti, *pro* quæ prima furenti.

76 Num peruigil armis. *Si quis ex hoc hemistichio sensum aliquem commodum eliciet, miror quem is verborum ordinem obseruaturus sit. Nemo enim mihi facile persuadebit ne hic versum deesse suspicer, in vet. cod. meo subiungitur,* hostis & exciti dent obuia prælia Colchi: *sed in margine æque tamen vet. scriptura: quem propterea admisi, quod non male cum hoc loco congruere videtur. Colchos enim nominat, quia se in Colchiam delatos arbitrabantur: hinc illud sequens,* optatos

huc affore credite Colchos. *Siue igitur is germanus est siue nothus: aliquis certe deest. Erunt fortassis qui legent*, num peruigil hostis: *ab hoc conicere est.*

79 Insonuit mouítque ratem. *Vet. cod.* Insonuit monuítque ratem rapere obuia cæca Arma manu. *Forte ratem posuit pro Argonautis, Græca figura.*

90 Vmbonibus hærent. *Vet. cod.* vmbonibus vrgent.

103 Et Tydeus. *Vet. cod.* at Tydeus: *melius.*

104 Experiar. *Vet. cod.* opperiar: *recte. Est enim opperiri (ita Festus scribendum docet) expectare animo experiundi. cum itaque cupiat pugnæ sibi copiam fieri, & aliquem offerri quîcum manus conserat, melius* opperiar, *quàm* experiar *legitur.*

105 Quo steteris. *Ita vet. cod. Lugd. vero Basilien. Argentor.* qui steteris: *quod non placet.*

106 Ochenij. *Ex hoc loco Grammatici de prioris syllabæ quantitate iudicant: Ego nusquam alibi de eo legi: certe vet. cod. habet* olenij, *quod an rectius hic conueniat, nescio, cum Apollonius neutrum nominet, & in huiusmodi nominum rationem anxiè inquirere, quòd rei parum habeant, curiosorum sit.*

118 Circumdedit. *Vet. cod.* circumuenit, *melius: sequitur enim*, præfulgurat ense: *alioqui enallage erit temporis.*

120 Vina dapésque remotæ. *Sic vet. cod. alij,* vina dapésque remota.

121 In quo(omē) *Ita liber manu scriptus: alij:* in quo omnes: *nonnulli;* in quo omen mansere.

123 Con-

123 Conferuere manu & longè. *Sic vet. cod. vulgati verò* conferuere manus longè &. *quæ scriptura defendi nequit.*

125 Decurrit ab vrbe. *Etsi omnes vulgati ita legant, melior tamen est lectio libri manu scripti,* decurrit ab arce: *sic Virgilius Aeneid. lib. 2.*

Laocoon ardens summa decurrit ab arce.

138 Ancæus Ethelum. *Vulgares libri,* Ancęus Achelum; *eadem varietate qua supra,* Olenij *&* Ochenij: *cum enim Poeta ea nomina confinxerit, minime in iis laborandum est.*

140 Disiectáq; ora securi Disiecit. *Ne eadē vox repeteretur, aut sensus parū cōstaret, fuere qui legerent* dissecuit, *aut* desecuit. *Quibus non repugnarē, nisi in vet. cod. esset,* delicatáque ora securi Disiecit: *cum tamen* delicatus *à* delicio, *aut potius contra (auctore Sexto Pompeio Festo) dicatur; nihil ausim asseuerare.*

144 Linquite, ait, ferro. *Minoris classis (vt ita dicam) Grammatici, in postremo hoc verbo constituendo mirum in modum laborauerunt, quidam pro* ferro, *reposuerunt* ferto: *& multis verborum periodis locum enarrarunt. Nonnulli* feretro *legere maluerunt; volentes impolitā illam, vt ipsis videbatur, vt mihi verò hoc loco decētissimam & sponte ad maiorem vim accersitam repetitionem voculæ vnius vitare. Itaque hæc lectio vet. cod. suum tueatur locum.*

Has, precor, exuuias ô prima cadauera nostro
Linquite, ait, ferro.

vbi vulgati habent, & opima cadauera: *male.*

145 Gnauet opus. *Ita liber calamo exaratus: non vt alij,* nauet. *apud Ciceronem quoque*

2. *de Oratore libro, in manu scriptis exemplaribus hæc extat scriptura:* Iam mihi videor operã gnauasse cùm huc venerim. *Sed hac de re Victorini apponam verba:* Nos quædam paucioribus litteris scribimus, quàm antiqui solebant: vt, narus, nauus, nosco: nam illi has voces interposita g, scribebant: *cuius* rei vestigia retinemus cùm scribimus, ignarus, ignauus, cognitus, cognosco. *Aliud tamen ipse Cicero sentire videtur in Oratore, cùm ita scribit*, Noti erant & naui & nari: quibus cùm in, præponi oporteret, dulcius visum est, ignoti, ignaui, ignari dicere, quàm vt veritas postulabat. *Quasi dicat, veritatem postulare vt scribatur*, innanus, innotus, innarus: *licet vsus aliud receperit. Quod si quis minimis nos interdum vocibus inhærere molestè ferat, videat ipsum Ciceronem: & cuius exemplo id fecerimus, facile inueniet.*

Cic. II. de Orat. Gnarus.

146 Simul socios. *Sic habet vet. cod. alij vero,* simul potius: *vbi quidam hepthimimerim, vt sæpe antè, constituunt absurde.*

149 Phlias. *Hîc, vt & primo libro, mendosus est vet. cod. legens,* Pelias.

151 Dum campi. *Vetus exemplar,* dux campi: *omni, quam alia habet scriptura, difficultate sublata.*

152 Zelen & Broten. *Ita vetust. alij,* Zelyn & Brotyn.

157 Hinc Alyn. *Vet. cod. posteriorem vocem aspiratione attollit: quod in ea tam apud Græcos fit quàm apud Latinos.*

158 Protinus insignem. *Sic omnes vulgati: vet. cod.* prothin, & insignem, *quomodo à Poeta scriptum*

scriptum fuisse, præstare sum paratus.

162 Sed dissicit. *Cum in prioribus editionibus* dissicit, *legeretur: Sabellicus locum corrupit, &* deficit *supposuit: cum tamen vet. cod. hoc verbum agnoscat: ex cuius scriptura Gifanius versum emendauit, & in sua Conlectanea retulit. Verùm eam vocem non solùm hîc, sed etiam in infinitis aliorum Poetarum locis reperire est: in Virgilio obseruauit Pierius: in Valerio, primi nos, in aliis, alij.*

Dissico. vide Aldi Orthographiã maiorem & Lamb. in Cic. pro M. Cælio.

168 Clariáque superne. *Liber manu scriptus,* Clariámque superne Intonat.

169 Occumbens, i, nunc. *Vulgata lectio corruptissima est,* occumbes & nunc. *hæc verò vet. cod. elegantissima & ironia plena.*

176 Oblutúmque ferit. *Alia est lectio librorum vulgatorum: eáque inepta:* Oblutámque ferit galeam, cristásque rubentes, Heu tibi dona gerens.

178 Attonitus ceruice. *Ita Lugd. Basilien. & Bononien. at Parisiensis & manu scriptus,* attonitus Crenæ. *quarum vtraque scriptura diuersum, eúmque satis commodum habet sensum.*

182 At diuersus agens. *Sic habent omnes libri prælo impressi; nec quisquã vitiũ subesse sensit: adeo vt nõ defuerint, qui scriberẽt,* Turbãtẽ, *viri nomẽ esse proprium. Vet. cod.* at diuersa Sagen: *quæ lectio & vera & aperta est: Sagen enim vt & Hagen inter Cyzicenos nominat.*

192 Vulnere Cydrum. *Lugd. & Argent.* vulnere Cydnum. *prius malo.*

193 Conisus viribus. *Verbum* conisus, *etsi in manu scripto esset: propter exemplorum tamen ra-*

ritatem admittere non audebam: nunc verò inuentis exemplis, nihil causæ est quin recipiatur. Virgilius lib.9. Aeneid.

Conisa, ei.

toto conisus corpore ferrum Conicit.

sic ibi veteres libri, Prudentius Psychomachia:

& ense corusco Conisa in plagam.

in quibus tamen versibus conisus, *non* connisus *(vt quidam arbitratur) ex omnibus vet. cod. legendum est. Sic etiam lib.3. Aeneid.*

multiplicem conisi humeris.

Valerius enim Probus existimat eandem esse appellationem in proprio nomine Niso, *Hyrtaci filio: in appellatiuo*, nisúque inmotus eodem: *& in participio*, conisi humeris.

194 Venatori Erymo. *Nescio an hac in parte vet. cod. sit corruptus, cum in eo legatur*, venator Hierimo; *Librarij, vt opinor, ineptia.*

197 Cita cassi.de cuspis. *Inuerso antea ordine legebatur*, cita cuspide caspis. *cum in vet. cod. hæc sit scriptura, quod ex meis scholiis in sua Conlectanea conlector emendationum Lucretianarum transscripsit.*

201 Di precor. *Sic habet vet. cod. non* dij. *& sic in omnibus Virgilianis libris esse adnotauit Pierius: vt &* Grai, *non* Graij.

204 Phoccáque. *Vulgati*, Phoreáque. *vtrum vtri præferri debeat, difficile est in huiusmodi nominibus, vt dixi, iudicare.*

207 Ingētes donec. *Ita Paris. & Bononiens. reliqui cū vet. cod.* ingentes donat: *optime. Nocte enim* magis atque magis, *vt inquit Poeta,*

Clarescunt sonitus, armorúmque ingruit horror.

109 Vesuius attonitas. *Sabellicus alicubi scriptum reperit* Vesubus, *pro quo reponit* Vesuius. *Vet. cod.* Vesulus. *quod propius ad Sabellici accedit scripturam. Conlector Lucretianus* Vesuuus *legit, & Vesuius Latine non dici existimat. non recte. Statius enim lib. 4. siluar. ad Marcellum ita protulit:*

Vesuius. Veseuus.

Fractas vbi Vesuius egerit iras.

quo tamen in loco Vesuuus *tam contra veteres, quàm contra melioris notæ vulgatos libros idem ille reponit. Sic & Martialis lib. 2. epigr.*

Hic est pampineis viridis modo Vesuius vuis.

Sic ibi vet. cod. pro eo quod vulgati habent, Vesbius. *Dicebatur itaque,* Veseuus, Vesuuius & Vesuius. *nam* Vesuuus, *quod nomen Romanum esse asserere conatur, nusquam inuenio: nisi quis illud Papinij obijciat:*

Non adeo Vesuuinus apex aut flammea diri
Montis hiems trepidas exhausit ciuibus vrbes.

quod potius sit à Vesuuius *quàm à* Vesuuus. *Iam verò quod ad versus illos Lucretij corruptissimos (qui tamen ab exemplari Moguntia ad me misso absunt) adtinet; ita legendos existimauerim:*

Is lacus est Cumas apud, & Vesuui prope montem.

idque ex alterius coniectura: cui tamen prima in Vesuui *syllaba, negotium frustra facessit. quin enim ea in* Vesuuius *breuis sit, dubium non est, vel ex illo Statiano statim adducto: eius ergo casus patrius est* Vesuuij, *per crasim verò*

Vesuui. *Atque ita locum illum constitui posse existimo.*

210 Pugnæ crudescit. *Sic vet. cod. alij*, crebrescit.

224 Cœus in imo Vincla Iouis. *Locum hunc turpissime fœdatum restituisse iactat se Sabellicus: idem gloriatur Ianus Parrhasius. Adeo vterque studiose tam exiguum loci vnius emendati laudem captat. Nihil autem ab his vet. cod. meus discrepat.*

232 Motis vlulantia. *Ita vetus & Paris. reliqui omnes*, votis vlulantia. *de sacris magnæ matris deûm loquitur. Similis planè locus est apud Virgil. lib. 9. Aeneid.*

246 Quod si tanta Iouis. *Sabellicus legit*, quod si Titanis, *vel* si Titonis: *quæ verba satis commode interpretatur. cum autem summo consensu, & vulgati & calamo exarati libri habeant:* quod si tanta Iouis, *atque hæc coniectura sit Sabellici; aut aliquid in his versibus vitij latere, aut versum quempiam (quod hic non raro accidit) deesse suspicor. vt vt est, tantisper locum vitij suspectum* habebo, *dum vet. cod. aliquis, hanc coniecturam aut confirmarit, aut reijciendam docuerit.*

Peremtus an peremptus.

249 Rege peremto. *Ita scribo : non autem* perempto. *Nec me mouent vet. cod. (quanquam vetustiores sæpe p. omittunt) quibus qui hic auscultandum arbitrãtur, miror cur non ijdẽ ijsdem constanter auctoribus*, tempto, temptamentum, hiemps, dampno, sollempnis, sompnus, *& similia scribunt. Sed de voce* sompnus, *aliàs ex Agellio latius. Victorinus certe & Terentius Scaurus, litera compendium fieri volunt: &* sumsi, demsi,

demsi, *atque id genus alia, sine* p *scribenda indicant. Scio quidem Priscianum ab his dissentire: quo tamen non moueor. Adeo enim Grammaticis diuersa tradere religio est, vt sæpe diuersis locis à seipsis, nedum ab aliis dissentiant. exempla in Nonio frequentia sunt.*

251 Celerauit opem. *Vet. cod.* celebrauit. *vet. Paris.* celebrabat. *vulg.* celerauit: *quod placet.*

252 Nocte fatæ. *Vet. cod.* nocte latus. *Sed probior videtur vulgaris scriptura.*

254 Versique per agros. *Libri omnes typis editi,* auersique per agros.

270 Quò fugitis? *Ita Bononien. Florent. & vet. cod. alij,* quos fugitis: *vtrumque conuenit.*

275 Præcipiti plangore: *Vel hic locus oscitantiam librariorum, de quibus expostulaui, satis liquido monstrat: nam in Argentorat. cui præfuit Eugentinus, legitur* præcipit plangore: *sub calcẽ libri, vbi si quæ inter excudẽdum errata obrepserint, subnotari solent, ita adscripsit Typographus: Versus ille:* pręcipit plãgore, *mutilus est: lege ergò* pręcepit plãgore: *insignis sanè emẽdatio, quavna fretis omnibus librorũ impressoribus omnem peruersissime castigandi laudem, suo iure eripuerit.*

278 Tenuis fletus. *Ita omnes vulgati. vet. cod.* pars tenuis flatus, *quæ vera lectio est, per flatus tenues, spiritum & anhelitum deficientem paullatim intelligo. viuentes enim morientium anhelitus captabant. De casu illo* tenuis, *aliquid in emendationibus Sallustianis ad initium* omnis homines *(sic enim ex Prisciano legi debet) dicturus sum.*

293 Fortuna reuexit. *Ita vet. cod. & nonnulli*

vulgati. alij, fortuna reuinxit: *prius malo.*

264 Fatis hoc. *Argentorat. Basil. Lugd.* fatis id. *Paris. & Bononien.* fatis iam *.vet. cod.* fatis hoc. *Sic apud Virgilium* 12. *Aeneid.*

id rebus defuit vnum.

305 Prohibebit harenis. *Sic vterque Paris. Bononiens. verò*, arcebit arenis. *vet. cod. vt excusum est. prima lectio Virgiliana auctoritate defenditur:*

hospitio prohibemur harenæ.

315 In planctum vocat. *Vet. cod.* in planctus vocat.

317 Nec dum suboles. *Annotarunt alij in vet. lib. legi* suboles, *non* soboles, *idem & hic omnibus in locis reperio, eámque scripturam seruandam censeo.*

321 Fatales rapuere. *Omnes omnino vulgati habent,* natales rapuere, *sed mihi lectio vet. cod. digna esse visa est quæ retineretur.*

330 Illam vix geminam. *Ita vulgaria exemplaria inepte. vet. cod.* illam vix gemino.

333 Et tempora mæsti. *Ita malè omnes vulgati. cod. vet.* & corpora mæsti.

337 Aggere longo. *Vet. cod.* aggere longè: *vt referatur ad verbum* eminet.

341 Festina vocantibus. *Vulgati,* formosa vocantibus. *vbi Sabellicus cum libro Bonon. legit,* furtiua vocantibus. *Vet. cod.* festina vocantibus: *properabat enim propterea quòd & ventus & socij Iasonem vocabant.*

347 Inde ter. *Vet. cod. omnes & manu scriptus,* inde per armatos: Baptista *tamen* Egnatius *qui hunc in Poetam integros se commentarios asseruare*

uare asserit (eos autem vt visos laudat Pierius) indicat legendum, inde ter armatos: *tum ipsa consuetudine, tum Virgilij auctoritate qua est 2. Aeneid. commotus.*

Huc corpora quisque suorum
More tulere patrum; subiectísque ignibus atris,
Conditur in tenebras alta caligine cælum;
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis,
Decurrere rogos; ter mæstum funeris ignem,
Lustrare in equis, vlulatúsque ore dedere:
Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & arma;
Auditur clamórque virûm, clangórque tubarum.

Præcedentes etiam versus, quibus exsequiarum religio describitur, huc planè spectant. vt verò in Egnatij sententiam totus concedam, cogit me quod sequitur, ter inhorruit æther.

350 Cum clamore. *Ita vet. cod. vulgati omnes*, tum clamore. *male.*

360 Arces ad patrias. *Hæc est lectio omnium vulgatorum: quæ mihi quidem non probatur: magis placet Bononiens.* Arctos ad patrias. *Vet. cod.* agros ad patrios: *& sic à Poeta scriptum fuisse credo.*

362 At non. *Alij legunt*, at nunc: *male.*

362 Magna. *Ita vet. cod. alij omnes*, iam magis.

363 Cæsorum ab imagine. *Vet. cod.* læsorum ab imagine.

365 Carpitur æstu. *Ita liber calamo exaratus, & plerique vulgares. Virgilius lib. 4. Aeneid.*

At regina graui iamdudum capitur æstu. *Vetust. Paris.* cæditur æstu; *quæ non est prorsus reiicienda lectio: quod enim homini potest esse grauius flagellum, quàm vt habet Satyricus,*

Nocte diéque suum gestare in pectore testẽ?

Sacer atque. *Sic vulg. vet. cod.* acérque

393 Agit &. *Vulgati*, agitat. *melior est altera lectio.*

399 Eumenidum domus. *Ita vet. cod. an verò ea lectio quam omnes vulgati libri habẽt,* Cimmerium domus, *huic præferri debeat, ignoro: certè mihi non æque ornata videtur. Si quis tamen eam malit, legat Ptolomæum lib. 3. Plinium lib. 6. cap. 8. & Strabonem.*

420 Ampycides. *Vet. cod.* Amphicides. *in Apollonio tamen legitur* Ampycides, *nisi Valerius Flaccus Latino more efferre voluerit.*

420 Æsapia siluis. *Ita lege Lug. & Argentor. Aesæpum certè Strabo hoc loco collocat. & Hermolaus Barbarus Homerum adducit, qui Aesæpũ flumen ad vrbem Zeltam celebrat. Ptolomæus verò hæc coniungit,* Cyzicus, Æsæpi amnis ostia, Pariũ colonia: *vterque Paris. habet* Æsapia. *Aesapum fluuium Apollonius lib. 2. describit, & eius Hesiodus Theogonia meminit. Vet. cod.* Asopia. *de qua lectione vide Strabonẽ lib. 8. & 9. & Didymũ in scholiis Pindaricis. Quod autem ad hunc locum attinet, primam lectionem malo.*

Æsapus fl.

436 Glaucásque comis. *Sic exemplar calamo exaratum. vulgata verò*, glaucáque comas prætexere fronde.

451 Et procul ite. *Ita vulgati. vet.* & procul este. *Virgilius*: procul hinc, procul

cul este prophani

455 Nostríve luant. *Sic & vulg. & vet. cod. præter Paris. qui habet* nostri velent: *cuius sententia mihi non liquet: tametsi ea aliis perbelle constare videatur.*

463 Summis insternunt tabulata foris. *Hanc lectionem Interpres mordicus tuetur. vet. Paris. cum vulgatis*, summis insternunt tabulata toris: *sic & vet. cod. nisi quod pro* summis, *legit* celsis: *erroris autem non obscura est origo; est enim ex affinitate t & f, unde etiam torus, non thorus scribendum puto, cum ab herbis tortis dicatur. Varro de vita P.R. lib.* I. Quod frontem lecticæ struebant, & ex ea herba torta torum appellabant, hoc quod inicitur etiamnum toral dicitur, lecticámque quę inuoluebant, segestria nominabant. *Sic eum locum apud Nonium in vetust. exempl. scriptum offendi.*

Thorus, an Torus.

484 Densos trabe. *Ita omnes vulgati. vet. cod.* densa trabe.

506 Æstúsque. *Ita & vet. cod. & omnes vulgati, excepto Lugdunensi, qui habet*, astúsque: *placeret si vestutate niteretur.*

511 Quam Nemeam. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* quam Nemeen: *eodem vtrumque recidit.*

515 Iam tum indecores. *Ita vet. cod. alij*, indecorę. *inepte, eius enim tertia syllaba producitur.*

519 Actúmque per omnem. *Vterque Paris.* actúmque mouebo, Tende pudor mox & furias, ditem quoque verto. *Lugdunens. & Argentorat.* actúmque mouebo, Tende pudor mox & furias, Ditémque ciebo. *Et hac varietate satis apparet versum ab aliquo esse de-*

*pr auatum.vet.cod.*actumque per omnem Ten de pudor, mox & furias Ditémque mouebo. *optimè sic Virgilius:*

Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

525 Vagus innatat vnda. *Sic omnes vulgati. vet.cod.*innatat vmbra.*optime.*

534 Sic voce.*Ita vet.cod.aly omnes*, sic Blanda.*quo d æque arridet.*

539 Et Eoi pocula. *Omnes vulgati libri hic vitiosissimi sunt, legentes* spicula, pericula, vehicula, &c. *In quem locum multa affert Interpres prorsus ridicula.vet.cod. habet vt excusum est: & ita ante etiam emendaram in priori editione,quā tamen castigationem nescio qua impudētia,ne dicam plagio, Auctor Conlectaneorum in Lucretiū, ex scholiis meis desumtam sibi vindicat.*

540 Et sacra mouentem. *Ita vet.cod.aly*, & sacra moneret.

555 Hoc pueri spes lusa. *Vtrumque Paris.*hoc puero perfusa modo*: pessime. Argent. & Lugd.* hoc puero spes lusa.*vet. cod.* hoc pueri spes fusa.*recte.*

566 Iugi stridore. *Sic vulgati. vet. verò cod.* iugi de trude.*iudicet lector.*

569 Dapes hausisse. *Alia est libri manu scripti, alia vulgatorum scriptura. Vtraque tamen in columis defendi potest.vet.*dapes hausisse. *vulg.* dapes auxisse,*sed posterior magis placet.*

594 Deiectáque saxi Fragmina. *Vet.cod.*deiectáque saxis Flumina.

595 Procurrit ad vmbras. *Vet. cod.* procumbit:*vulgatam tamen lectionem malo.*

609 Com-

609 Comprensa trahentem. *Vet.cod.* compressa trahentem.

610 Dirę referentem. *Vet.cod.* durę referentem: *quam castigationem è scholiis meis aliter ille in suis affert Conlectaneis.*

623 Quibus anxia pectora. *Variè hic locus legitur. Lugd. & Argent.* variant quis pectora. *Vtrumque Paris.* variant qui pectora. *vet.cod.* quibus anxia pectora: *quod si altera priorum lectionum sit admittenda, malo Lugd. & Arg.* variant queis pectora: *& interpretor variant: vt in illo Tibul.* Non sic Carpathię variant Aquilonibus vndæ; *pro, variantur.*

Variant, & Variātur.

629 Tanto afore. *Vtrumque Paris.* tanto abfore cœtu: *inepte. Bonon. & Florent.* tanto adforent: *idque eo quod in vet. scriptum inuenerunt,* afore, *quod & aliis erroribus occasionem dedit, vt alibi ostēdam. Hoc autem verbum cùm primus omnium in Valerio Flacco obseruässem, alij in aliis etiam auctoribus inueniri annotarunt, vt in Horat. lib.* 1. *Sat.* 4. vitium procul afore chartis: *sic enim ibi legendum est.*

Afore, Abfore.

638 Furens in iurgia. *Ita vet.cod. alij,* ferens fera iurgia: *minus bene.*

640 Idem orans. *Ita omnes vulgati, vet.cod.* dememorans: *quod verbum nusquam hactenus inueni.*

707 Didimaonis. *Hanc vocem à Virgilio desumsit, qui lib.* 5. *Aeneid. Didimaonem quēdam egregium armorum artificem nominat, vbi tamen multi vulgati libri,* Di limæonis *legunt, sed male, hoc monendum putaui.*

709 Auulsa iugis. *Vet.cod.* excussa iugis. *Hāc*

comparationem ab Homero mutuatus est Virgilius, à Virgilio verò Valerius Flaccus. Virgilij versus ex libro 12. Aeneid. adscribam:

Virg.

Vt sceptrum hoc (dextra sceptrum nam forte gerebat)
Numquam fraude leui fundet virgulta, nec vmbras,
Cum semel in siluis ima de stirpe recisum,
Matre caret, proposuítque comas & brachia ferro
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Inclusit, patribúsque dedit gestare Latinis.

& in obscœnis carminibus, quæ vtinam non magna ex parte, vtcunque aliter sentiat Politianus, sint Virgilij, cùm in plerisque suos versus aut paraphrastice reddat, aut in compendium contrahat, vt hoc loco:

Ithyphallica Virgilij quæ.

Hoc sceptrum quod ab arbore vt recisum est
Nulla iam poterit virere fronde, &c.

& in eo carmine quod Muretus & Victorius Catullo tribuunt, mihi verò Virgilij esse omnino persuasum est:

Meis capella delicata pascuis,
In vrbem adulta lacte portat vbera:
Meísque pinguis agnus ex ouilibus
Grauem domum remittit ære dextram.

quos elegantissimè in Bucolicis expressit: versus quia omnibus in promtu sunt, parcam adponere. Sed hæc extra rem.

715 Sermonibus vrgens. *Ita vet. cod. alij,* terroribus vrgens.

727 Phorcys.

707 Phorcys. *vet. cod.* Forcus, *nec sat scio quàm recte.*

Sidera sustulit astris. *Ita vet. cod. alij,* sidera sustulit aris: *vna littera omissa.*

732 Flamina. *Vet. cod.* Flamina conticuere, iacet sine flatibus æquor: *omnes vulgati,* Flumina conticuere, iacet cum flatibus æquor. *prius malo.*

737 Lea prolis. *Hercules Stroza putauit legendum,* quondam leo, *quòd lea iuba tribui non debeat: sed aliter habent vet. lib. qui constanter* leo, *legunt.*

739 Dolor attrahit vrbes. *Ita omnes vulgat. vet. cod.* attrahit orbes. *melius.*

LVDOVICI CARRIONIS IN QVARTVM LIBRVM VALERII FLACCI CAstigationes.

1 Atque *Omnes vulgati*, vtque ea: *malè; vet. cod.* Atque ea. *tale est principium lib. 9. Æneid.*

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur.

3 Ardenti trepidam. *Ita vet. cod. cum Lugdunens. & Argentorat. vterque verò Paris. cum reliquis vulgatis,* ardenti trepida: *male.*

6 Immemores. *Vet. cod.* inmemores.

9 Iam quibus incertam. *Fatetur interpres se hîc coniectura reposuisse,* iam quibus insertam: *quod est, inquit, implicitam & inuolutam. vet. cod. cum Bonon. & antiq. Paris.* Iam quibus incertam: *quam lectionem retineo.*

26 Improba quo me. *Hæc in vulgatis omnibus pessimè interpuncta sunt.*

Hæc fatis mihi iam domus improba; quo me
Nympha rapit sæuæ monitu Iunonis in amnes,
Nunc Iouis accessus etiam.

vetus cod. Hæc fatis mihi iam domus; improba quo me
Nympha rapit sæuę monitu Iunonis; inanes
Nunc Iouis accessus, & iam mihi, *&c. optimè.*

29 Iungítque preces. *Ita vulgati. vet. cod.* iungítque ſuos.

30 Ante pharetræ. *Ita vet. cod. verè: nam antea dixit,* ô dolor.

64 Precatur gens hominum. *Vet. cod.* precantur Gens hominum.

68 Exit vbi. *Vulgati omnes,* dixit vbi: *peßimè & ſine vllo ſenſu.*

73 Acheronte auditur. *Sic vet. cod. alij omnes,* Acheronte auditus.

74 Orantem procul arcet. *Ita vet. cod. elegantiſsimè. vet. Pariſ.* orat proclamat: *alij omnes,* orantem proclamat: *æque abſurde.*

85 Sociis è puppe. *Alia vet. cod. vulgatorum librorum lectio eſt: vtramque adiciam, vt ſuum lectori iudicium maneat. vulgati omnes:*

Sociós è puppe ſacerdos
Fata Deûm & miſeræ ſolans incommoda vitæ,
Securum Minys agit & medicabile carmen;
Quo ſimul aſſumpta pulſus fide luctus & iræ,

vet. verò cod. habet,

Sociis è puppe ſacerdos,
Securum numeris agit & medicabile carmẽ:
Quod ſimul aſſumta pulſum fide, luctus & iræ, *&c.*

multo, vt mihi quidem videtur, melius.

92 Ingentibus horis. *Ita vet. cod. vulgati verò,* vrgentibus horis: *vet. Pariſ. & Maſerius,* vergentibus.

128 Tumidis auertere. *Vet. cod.* motis auertere.

130 Reges doliture. *Ita liber manuſcriptus:*

alij omnes, Reges preme dure: *quòd interpretantur quidam à Neptuno Ironicè dictum esse, quasi cùm in summo luctu esset, iocari etiam libuerit.*

132 Alluit æstu. *Ita vet. cod. vulgati*, abluit æstu.

Nequiquam sup.

159 Nequiquam. *Sic hic iterum, non* nequidquam, *scriptum esse, liquido iurare ausim.*

Nonius Co[illegible]adus. Varro.

141 Nonacria. *Liber calamo exaratus*, Nonagria, *g. pro c posita. sic apud Nonium in verbo* Proboscis, *malè legitur* caluum *pro* gallum, *vitij origine hinc ducta, quòd prius scriptum esset* callum, *quam vocem alij non intelligentes, fecerunt* caluum: *non nulli emendarunt legentes Ericium Varronis sexagesi. verba hæc sunt*: Se circumspexe atque inuenisse cum dormire cœpisset, tam glaber quàm Socrates, gallum esse factum ericium pilis albis cum proboscide. *Ita manifestè vet. cod. & ipse Nonius in verbo* Ericium. *eadem etiam vox reddenda est* Ennio in Erularia, *apud Nonium in verbo, præcisum, omasum, pernam, gallum, glires, glandia, quem locum adhuc corruptum esse, ex vet. librorum lectionis diuersitate satis constat.*

Catullus ex Propertio.

169 Luctúque absúmor. *Vetus cod.* assumor. *malè, vt opinor: sic etiam idem corruptè legitur apud Catullum in carmine ad Ortalum*:

170 Qualia sub densis ramorum concinit vmbris
Daulias absúmti fata gemens Ityli.

sic ibi legendum esse, non assumti, docet Propertius l. 3. eadem in re eadem vtens voce:

Increpet absumptum nec sua mater Ityn.

173 Oro nec. *Vetus codex hic vitiosus est, legens gracia nec, quanquam ne priorem quidem lectionem satis intellego.*

175. Dolor &. *Omnes vulgati,* dolet & dura sic pergere mente: *videtur tamen Interpres scriptum alibi reperisse,* dolor. *vet. cod.* dolor & duras insurgere mentes: *bene dicit enim dolorem iussisse vt, &c.*

187 Monitus subiere Timanti. *Haec scriptura placet, tametsi vet. cod. habeat,* monitis rediere tumentes: *inepte, ni fallor.*

195 Qualiter ignotis. *In antiquissimis & Argent. vetustioribus libris legitur,*

> Qualiter ignotis spumantem funditus amnem
> Pandit iter.

Eugentinus, qui editioni Argentoratensi praefuit, ita versum hunc deprauauit:

> Qualiter ignotis spumantem finibus amnem
> Pan intrat.

perpulchra mehercle emendatio rustico aliquo & Pane dignissima. Vetus cod.

> Qualiter ignotis spumantem funditus amnem.
> Taurus aquis qui primus init, spernitque tumentem.

197 Pandit iter.

quis iam in huius scripturae veritatem diutius inquirendum existimet, aut quis non videat versum illum omissum, nouam hanc castigationem extorsisse?

200 Quem nec sua turba tuendo It tanti. *Vetus*

Vetus cod. quem non sua turba tuendo It tacitis *& infrà,* nec quo via: *vbi alij,* nec qua via.

211 Hæc mea visit. *Sic liber manuscriptus & omnes vulgati, præter Parisien. qui legit,* hęc mea visat Hospitia, hoc cuncti remeent.

214 Cęstu resides. *Vetus codex,* cęstus resides: *quod etiam Interpres recipere videtur, interpretatur enim,* resides cęstus, *quibus iam dudum nihil operatus sit.*

229 Lauitur patrios. *Sic Lugd. & Argentorat. Vetust. Paris.* labitur patrios: *quod propter litterarum* v *&* b *affinitatem, eodem recidit. at vet. cod.* capitur patrios: *sed prima lectio maxime placet: nam veteribus &* lonere *&* lauere *in vsu erant: de quibus vide Nonium Marcellum.*

V. pro B. infra c. 8. a.

242 E sociis selectus. *Bononien. cum vetust. cod.* è sociis electus.

246 Deficiunt visu Minyę. *Alij,* deficiunt visu mentes. *Interpres,* deficiunt visu in se: *ineptè.*

272 Caput eripit astu. *Ita vulgati. vet. cod.* Oebalia dubium caput erigit arte. *quod non minus placet.*

274 Insurgere ferro Incitat. *Vet. cod.* insurgere ferro Integer. *Vterque Paris.* insurgere ferro Incitat: *quod malo: nam illud vulgatum,* insurgere fesso Integer, *displicet.*

287 Notat ipse manus. *Ita vet. cod. alij omnes,* artificúmque notata manu: *prius malo.*

293 Fraude furentémque. *Vulgati,* furentem. *vetus cod. vt excusum est: erit autem versus hypermeter, quales apud Virgilium multi sunt.*

300 Eec ſpes effeta. *Hic vet.cod. vterque verò Pariſ.*nec ſpes affecta.*tale eſt apud Virgilium,*

Frigent effeto in corpore vires.

vbi quidam etiam vet.lib. effectę *habent.quamquam neſcio an melius hîc legatur in Lugd. & Argentorat.*effecta.

306 Liber congerit ictus. *Hæc legenda ſunt, vt vet. cod.* liber congerit ictus Deſuper auerſo: ſonat omnis vulnere vertex Inclinis, ceditque malis.

338 Perfuſíque ſacro.*Ita vet. cod.vulgati verò,*profuſíque ſacro:*male.*

341 Pręcipiunt pecudum. *Alij,*pręripiunt.*In ea autem ſignificatione præcipere, verbum elegantiſſimum eſt,de quo aliàs.*

357 Pelex. *Sic in omni antiquitate ſcriptum inuenio.*

365 Iupiter aſtus. *Ita vulgati.vet.cod.*Iupiter æſtus.

368 Lucent cui vertice.*Vet.cod.*toto cui vertice.

374 Meſſeides vndæ. *Sic omnes typo excuſi. vetuſt.cod.*Meſſenides. *Pindaro certè & Straboni hi duo fontes* , μεσσηῒς καὶ ὑπέρεια *coniuncti ſunt. Meſſeniæ verò & Meſſenes meminit Pomp.Mela lib.2.cap. 3.*

Mela lib, 2.

388 Languentia ſomno. *Ita vet. cod.alij,*languentia cantu. *vt vt legeris , eadem dictio repetenda erit.*

393 Cum facibus pyriſque. *Lego cum vetuſt. cod.* cum facibus ſpiriſque. *Furias enim anguibus ornari fingunt Poetæ.*

402 Raptatur Graias.*Ita liber manuſcriptus:*

vulgati, rapta furit Graia. *prius magis placet: vt & illud infrà*, ſpectat ab arce Phari, *potius quàm* ſpectat ab arce poli: *rationem nemo non videt.*

421 Prouehat Euris. *Sic vet. cod. alij*, prouehet auris.

426 Dura Deum. *Vet. cod.* Dura deum ſummóque lues vrgebat in æuo: *non nulli vt excuſum eſt: quod maximè placuit.*

Harpyiæ. 428 Inſuper Harpyiæ. *Cum in vulgatis libris, & quibuſdam manu ſcriptis legeretur*, Inſuper Typhonides, Harpiæ ira Tonantis, *inmane quantum vna è loco ſuo dictio turbata turbarum dederit. Itaque Baptiſta Pius, Codrus Vrceus, & Maſerius ad coniecturas coacti confugere, quidquid inſulſè & ridiculè cogitari potuit, his affinxerunt verſibus, quorum tamen ſcripturam ſequitur Alciatus Prætermiſ. lib. 2. in l. Si merces §. vis maior eſt D. locati. Vet. autem cod. habet vt impreſſum eſt: ex quo verſu emendato eius bonitas cuius ſatis conſtare poterat.*

Aleiati Lapeus.

451 Fallere quas nuſquam. *Vetuſt. cod.* fallere quas numquam.

452 Intorto ſeu turbine nimbus. *Vet. cod.* nigri in toto ſeu turbine nimbo: *malè.*

454 Verrúntque dapes. *Ita vet. cod. & plerique vulgati: Lud. verò*, vertúntque dapes. *De hac Phinei hiſtoria eleganter ſcribit Diodorus lib. 5.*

455 Sæuit odor. *Sic ſcribo cum vet. cod. quia paucis interiectis ſequitur*, flagrat acerbus odor. *alioqui bis eadem dictio repeteretur.*

457 Polluerı́ntque manu. *Sic vulgati. Vet. cod.* polluerúntque manus. *ignoratus ſecunda in*, pollue-

polluerunt, *syllabæ modus, qui à poetis ancipiti spacio collocari solet, versum deprauauit.*

509 Æoas. *Ita vetus cod. Interpreti tamen magis placet si* Æęas *legatur contra libros manuscriptos.*

510 Turbine sic rapido. *Ita vet. cod. alij,* rabido.

524 Cum premet Argos Letifer. *Sic vulgaria exemplaria: at calamo exaratum ,* mox tamen & vobis similis fuga , comprimet Argos Lætifera: *indicet lector.*

547 Ille ducem. *Sic vet. cod. & plerique vulgati. Interpres tamen legit,* Ille deum: *ineptè.*

551 Sic largus honos tantum illa. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* tam largus honos , tam mira: *melius.*

564 Saxa premunt. *Ita vet. cod. reliqui ,* Saxa petunt: *& infrà ,* si qua breuis scopulis fiet mora , si semel orsis Vlla quies , fuga tunc medio properanda recursu. *vet. cod.* Si qua breuis scopulis fuerit mora, si semel orsis Vlla quies, fuga tunc medio patranda recursu.

580 Simul exiit aures. *Sic vet. cod. cum Argent. Vet. Paris. cum vulgatis ,* excidit aures. *Interpres legit ,* incidit aures. *Gifanius legendum putauit,* accidit aures: *quod non temere reicerem, nisi me consensio vet. cod. & illa loquendi inusitata ratio aliò impellerent : nam voce illa* accidere, *vix aliter scriptores vsi sunt , quàm si præpositionem* ad, *adponerent, vt in exemplo quod affert ex Attij Meleagro,* simul ac nota vox ad aures accidit. *Scio quidem apud Plautum Sticho reperiri,*

Accidit ad aures.

Certo enim mihi paternę vocis sonitus auris

accidi·*sed hoc in versu Heroico duriusculum esset: malim itaque, si coniecturæ locus esse potest, scribere*, attigit aures, *vt lib. 2. locutus est.*

595 Ater aquas. *Ita vet. cod. vulgati*, alter aquas. *Lugd.* alter aquis, *perquàm absurdè.*

600 Quas torqueat Ancon. *Sic liber manuscriptus vet. Paris.* aut torqueat Acon. *vulgati*, aut torqueat Ancon. *Apollonius certè lib. 2. Anconem hic nominat. Sic apud Ouidium vltimo Metamor. legendum est,*

spissi litoris Ancon.

non Antrum, *vt quidam*, *vel* Antium, *vt Raphael legit.*

601 Thermodoon. *Ita vet. cod. Fuerunt qui tam hic, quàm apud Virgilium, Tibullum & Propertium*, Thermodon *reponendum putarent, ne scilicet* ω μέγα *breuis constitueretur: cùm tamen omnes libri manuscripti, maximè verò Virgiliani, quos infinitos vidi, aliter habeant. Apud eum itaque Poetam legatur* II. *Æneid.*

Thermodoon.

Virgil.

Quales Threiciæ cum flumina Thermodoontis. *non* Thermodontis, *dimetro spondaico: etsi enim Seruius ibi Synæresin agnoscat, & Apollonius scripsit, potest tamen* ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος, *potest tamen* ω μέγα *corripi, si Dorum more in* ὀμίκρον *vertatur.*

624 Sileo & precor. *Ita vet. cod. Interpres & omnes vulgati*, sileo procul: *ineptè. Sic pro eo quod in vulgatis est*, verum næ, *& in aliis* verùmne. *vet. cod. habet*, nam verè: *optimè.*

641 Auditur sonitus. *Lugd. & Argent.* auditus sonitus: *vterque Paris.* auditi sonitus. *vet. co.* audi-

auditur sonitus.

645 Diffugere. *Sic liber manuscriptus. Lugd. & Argen.* disiicere. *vetust. Paris.* difficere. *Interpres legit,* aufugere: *ex coniectura.*

651 Idem Amyci. *Sic vet. cod. rectè: alij,* idem animos certe.

673 Rediere viris. *Sabellicus nactus codicem, in quo (vt in vulgatis & veteri) scriptum erat,* cecidere viris: *rectè, mea quidem sententia, iubet reponi,* rediere viris.

675 Vel fallar. *Ita Lugd. & Argentor. Interpres,* vel fallis. *vet. Paris.* vel fallit, *vet. cod.* vel fallor.

676 Fuso se condidit antro. *Sic omnes vulgares; vet. cod.* fumo se condidit atro.

677 Cœperat incedens. *Ita vet. cod. alij.* Cœperat intendens.

680 Nec eniti remis pote. *Ita plerique vulgati; alij,* nec eniti remis quoque. *De significatione & vsu verbi* potis, *eleganter in Catullum disseruit Muretus.*

698 Rhebi. *Ita vet. cod. & antiq. Paris. quam scripturam etiam Sabellicus inuenit, pro qua tamen putat reponendum* Phœbi: *ineptissime.*

702 Vix primis amplexi. *Sic Lugd. Argentor. & vetust. cod. id si recipimus, intelligemus sese mutuo complexos fuisse: sin verò illi lectionem vtriusque Paris. quæ habet* amplexis luminis oris, *præferimus; dicemus ita hic positum,* amplexis oris, *vt illud apud alium:*

Sic te complexa morientem Galle puella.
sed mihi illa scriptura minus placet.

719 Hypanisque Nomásque. *Etsi ita omnes vulgati habeãt, scribo tamen ex vet. co.* Hispanis-

que Melásque *Melas enim hîc collocatur testibus Strabone, Plinio, & Ptolomæo. cuius etiam meminit Apollonius libro primo Argonaut.*

722 Glacialibus auris. *Sic vet. cod. alij*, glaciantibus auris.

724 Vrsa rigor inuenit. *Vulgati*, vrsæ rigor inuehit: *& vbi alij* freta versa, *ibi Lugdunens. & Argentor.* freta mersa.

726 Rigat ardua. *Ita vet. cod. reliqui*, riget ardua: *antiq. Paris.* reget ardua. *sic pro eo quod vulgati habent* anfractibus angit, *vet. cod.* anfractibus auget.

731 Aut vernis cum lux. *Vsque adeo densa est, inquit Interpres, glacies, vt non primo sole, non bere, sed cum sol domum Tauri pertransiit, resoluatur. illud autem postremum è quibus Valerij verbis collegerit non video: videtur certè alibi versum aliquem huic subiunctum reperisse: quis verò is fuerit, difficile est diuinare. vet. cod.* Sed redit extremo tandem in sua litora Tauro: *quod carmen cum in libro manuscripto repertum, non omnino, aut ab hoc loco, aut à verbis Interpretis alienum videretur, volui adiungere, vt Lector de veritate iudicaret.*

733 Iam Mynias ditis. *Ita vulgati. vet. cod. cum Argentorat.* iam Mariandinis: *rectè: quis enim non videt ex eo factum esse illud*, Mynias diris.

737 At properat Lycus. *Sic vulgares: vetust. cod.* approperat.

742 Atque eadem ira. *Vterque Paris. cum omnibus recentioribus*, atque ea rura: *Bononiens. verò*, atque eadem mira. *nostram autem lectionem appro-*

approbat liber calamo exaratus.

746 Mihi fusus. *Ita vet. cod. cum recentioribus: vterque verò Paris.* mihi lusus: *male.*

753 Lege quod accidit vultus. *Sic Lugd. & Argent. vet. Paris.* lege quod accidit vsus. *vet. cod. & Interpres,* lege quod occidit vltus: *optimè: vltus autem passiua significatione accipiendum est. Potest etiam scribi,* lege quod occidit vsus, *non ineleganter.*

LVDOVICI CARRIONIS IN QVINTVM VALERII FLACCI LIBRVM CAstigationes.

26 Supremo in tempore. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* supremo in funere.

42 Aut ipse relinquor. *Ita vet. cod. alij,* aut ipse relinquo: *malè.*

51 Mens anxia. *Sic liber manuscriptus: plerique vulgati,* nunc anxia: *pessimè.*

52 Quantum Phasis quantúmque recessit: *Ita omnes vulgati, præter Argent. qui cum veteri codice legit,* quantum Phasis, quantum Æta recessit: *optimè. Pater enim Medeæ à Poëtis nunc Æetes, nunc Æta nominatur: hinc apud Ouidium epist. Hysipyles ad Iasonem legitur:*

Æetes, & Æta.

Non hæc Æsonides, sed filia Phasias Ætæ.

Ouid. epist.

Licet Volsius reliquique Interpretes putarint scribendum Phasis Aëtæ: *inepte: aquè enim Aeta atque Aeëtes pater Medeæ, vt dixi, vocatus fuit: quod etsi illo Ouidij, quem modò adtuli versu, & alio eiusdem 7. Metamorph.*

Ouid. Epist.

Dissimilemque animum subiit pater Aeta relictus.

atque hoc Valerij loco (piget enim in re manifesta pluribus agere)

Quantum Phasis, quantum Aeta recessit.

satis confirmari credo: accedat tamen (tanquā supernumerarius testis) auctoritas triū vet. cod. manuscriptorum, qui apud eundem Ouidium legunt,

Accipi hospitio iuuenes pater Aeta Pelasgos.

non iuuenes Aeëta Pelasgos. *tametsi Pierius existimarit Aeëten nequaquam ita nuncupari posse: quod falsum esse satis, vt opinor, ostensum est.*

57 Quod tamē extremis. *Vetus cod.* externis: *rectè: sic etiam superiori versu,* vidit labentibus, *Vetus codex,* lambentibus: *optimè.*

58 Non diuidet vmbras. *Hæc est scriptura vet. cod. vulgati autem,* non diuidat vmbras, Ossáque nec tumulo nec separe contegat vrna.

68 Ac velut ille gregis cessit. *Ita vet cod. Argent. & Lugd.* ac veluti gregis accessit. *Vet. Paris.* ac veluti gregis cessit. *Interpres legit,* ac velut ipse gregis cessit.

70 Lœtus sic. *Ita vulgati. vet. cod. melius,* lœtos sic.

72 Iam prora fretum. *Sic liber manu scriptus. alij,* nam prora fretum, &, tristes diuiserat, *alij,* placidas dimiserat.

76 Callirhoën. *Ita vet. co. antiqui Paris.* Callirhoon;

rhoon:*recentiores cum Interprete*,Callichoron: *quod malo:nam Apollonius statim post Acherusias paludes eius meminit:& ea quæ hic Valerius, ille li. 2.recenset:quē Plinius(inquit Hermolaus cap. 1.lib.6.)Callichorum dicit, eū vocat Flaccus Callichroō:sed cū festā noctē actam eo loci dicat,etiam Callichorū defenderim quasi à choreis.Huc accedit quod in Phocide est locus Panopeus appellatus, quem Callichorum(vt inquit Pausanias)Homerus vocauerit:propterea quòd Thyades Athenis profectæ vt Liberi patris Orgia, cum Delphicis mulieribus in monte Parnaso celebrarent, quotannis medio itinere multis locis, præcipuè Panopensi agro thyasos & choreas ducerent: quæ si huc referantur,planè conuenient.*

Callirhoë

Callichorus.

81 Bœotia.*Sic omnes vulgares.vet.cod.*Boetia: *quo modo autem scribi debeat (nam vtramque scripturam libri calamo exarati habent) quæstio est inter nobilißimos Grammaticos agitata.*

Bœotia & Boetia.

84 Fatorum laudibus.*Ita vet.cod.alij*,natorum.*ille autem versus qui in Lugd. & Argentor. sequitur.*

Venturam cælo fatis melioribus Argo, *non est Valerianus,nec in vet.co.antiq.Paris.Bonon. aut Masery editione reperitur:quin ab Eugentino huc reiectum credo.ne quis verò sit qui libri calamo exarati ordinem exspectet (quanquam is mihi satis & corruptus & perturbatus videtur)eum subiciam:vt videant lectores,poßint ne ex eo commodum aliquem sensum formare:*

83 Fama per extremos quin iam volat

improba manes,

85 Addictásque fretis repetens freta, quáque ferentes,

Cyaneas.

illud autem carmen, Interea & magis fatorum laudibus implet: *sequitur post illud*, improba manes, &c. *sed in margine. Quare cum dubitem de eius veritate, nemo mihi religioni vertet, si modeste coniecturam meam proponens, quo modo legendum putem, exponam:*

Fama per extremos quin iam volat improba manes,

Addita iámque fretis repetens freta, iámque ferentes,

Cyaneas; ardent, &c.

atque ita duos illos versus Valerianos non esse arbitror. neque vero temere dissentientibus præsertim vet. cod. aliena poetis inserenda sunt: nam sæpè fieri solet vt vel à sciolis quædam adiiciantur, vel è glossematis irrepant: cuius insigne exemplum mihi ostendit eruditorum iuuenum flos Guilielmus [a] *Canterus in Plauto: quod quia in optimis usque à V. C. Ioanne Sambuco editis exemplaribus nondum emendatum est, vt à Cantero accepi addam. Versus itaque in principio Truculenti hi sunt:*

[a] lib. 7. Nouar. cap. 10.

Plauti Trucul. glosma.

Nam mihi hæc meretrix quę hic habet Phronesium

Suum nomen, omnes ex pectore emouit meo

Phronesium, nam Phronesis est sapientia.

Nam me, &c.

quis non videat postremum illud carmen è glossa ere-

erepsisse, & tum senarij formam haberet, Plautinis numeris assutum esse.

95 Protinus attulit. *Ita vet. cod. recte: alij*, abstulit: *inepte*.

96 Omina. *Male omnes vulgati*, omnia. *vet. cod.* omina. *& infrà*, visos placantia: *malè Lugd.* viso.

100 Odrysius dum rite mouet. *Sic vet. cod. Argentor. & Lugd.* Odrysius dux rite mouet: *reliqui vulgati*, Odrysium dux recte mouet. *quam postremam lectionem ita interpretatur Scholiastes, vt nihil dici absurdius potuerit.*

103 Crobiali latus: *Ita omnes vulgat. vet. verò cod.* Cobylli latus: *quam scripturam Hermolaus Barbarus in Plinij lib. 6. cap. 2. agnoscit; & de Bylæo amne interpretatur, quem initium Paphlagoniæ constituit. Ego tamen hoc in loco* Crobiali, *scribendum censeo ex Apollonij illo versu:*

Κρωβίαλον κρώμνάν τε καὶ ὑλήεντα Κύτωρον.

Strabo, nisi in eo vitium sit, Gobialon *vocat. vbi tamen* Grobialon *legere malim: Homerus sanè* Ægialon *β. Il. dixisse videtur. Multa autem ab hoc loco non aliena habet Scholiastes Apollonij.*

105 Inopi. *Florent. Bonon. & antiq. Paris.* Inopia: *Hermolaus* Inopi *legit, tametsi, inquit, legatur* inopiæ. *Ceterum de Inopo vide Pausaniam, Plinium lib. 2. Strabonem lib. 2. Vet. cod.* Enopiæ. *Enope vrbs est propinqua Pylo sub ditione Agamemnonis. Pausanias putat Gereniam ab Homero Enopen vocatam.*

106 Mox etiam. *Vterque Paris.* Mox etiam Cromnámque iugo pallente Cytoron. *recentiores,* Mox etiam Cromnam atque iugo pallente

Cytoron. *Vet. cod.* Mox etiam Cromanæ iuga pallentémque Cytheram : *media lectio optima est. Mela lib.1.cap.20. in vet.cod. ita habet:* Cytra; Parthenius amnis, vrbſque Seſamios & Cromnos, & à Cytiſoro Phryxi filio poſita Cytoros : *in recentioribus verò*, vrbſque Seſamios & Cromna & à Cytoro Phryxi filio poſita Cytoros: *quarũ vtraq; ſcriptura vitioſa eſt, cũ legi debeat*, vrbſq; Seſamos : *ea enim ab Apollonio nominatur. Iam verò apud eundem Melam, qui id quod in antiquiorib. excuſum eſt,* à Cytiſoro, *mutarũt in* A Cytoro; *etſi cõtra auctoris volũtatẽ, vt ex lib. manu ſcriptis cõſtat, atq; adeò præter rei veritatẽ (nã Orpheus, Apollonius, & Valerius, Cytiſorũ Phryxi filiũ appellãt) feciſſe videri queãt, ſuũ tamen habẽt auctorẽ Strabonẽ: in lib.12. ex Ephori ſententia Cytorum Synopenſium emporium facit à Cytoro Phryxi filio conditum.*

Melæ locus 1.20. bis correctus.

107 Erythina. *Sic interpres & Sabellicus. Apollonius* Erythrion *vocat. vet. Pariſ.* Erethreã. *vet cod.* Erythiam: *quam Stephanus ait Paphlagoniæ ciuitatem.*

113 Solus Halis. *Vet. cod. nec* ſolus Hylas. *malè, vt mihi quidem videtur.*

115 Autolicum. *Vet. cod. cum antiq. Pariſ.* Autolitum Phogiumque & Deiolenta: *malo tamen legere cum Interprete*, Autolycum Phlogiúmque & Deileonta : *quòd id magis conueniat cum iis quæ habet Apollonius.*

116 Vagus hos. *Vulgati*, Vagus hos ibi fecerat. *Bonon. lib.* vagus hos defixerat. *Vet. cod.* Vagus hos ibi fixerat : *quarum alterutram ſcripturam, veram eſſe non dubito.*

126 Maſ-

126 Massageten. *Antiq. Paris.* Massagetom. *Interpres,* Missagetum, *omnes recentiores cum libro manu scripto* Massageten: *optimè. Hoc verbum etiam corruptum est in Achilleide Statij sub finem: quem locum cùm Iunius & Canterus ei medicas manus admouerint, non desinam persanare.* lib. 2. v. 417.

didici quo Præones arma rotatu
Massagetę quo Gæsa citent

sic ibi veteres libri, non vt vulgati, quo Magetæ sua gesa citent. Carrio lib. 3. cap. 18. Antiquor. Canter. 2. cap. 8. Quo Macetæ, pro Macedones.

135 Quam vexerit amnis. *Vet. cod.* quam vexerit amnis in æquor. *vulgati omnes,* quam sanguine vexerit amnis. Ios. Scalig. lib. 1. Ausonia. lect. ca. 11.

148 Inde Genetæi rupes. *Vulgati ex auctoritate Angeli Politiani habent,* inde Genetęi rupē. *Vet. verò cod.* inde Genetæi rupes; *multo melius.*

Tymauos. *Versus hi ante Politiani emendationem ita in vulgatis legebantur,* Politian. epist. ad Pom. Lætum.

Indigena æterni rupem Iouis, hinc tibi Mauors:
Dant virides post terga latus.

quos Politianus ita restituit:

Inde Genetæi rupem Iouis, hinc Tibarenum.

quæ scriptura etsi cum hoc loco optimè conueniat, liber tamen manu scriptus habet, inde Tymanos. *certè si similitudinem vocum, quæ dentium collisione in pronuntiatione fit, spectemus: parum abierit quin pro eo* hinc tibi Mauors: inde Tymauos *legendum putem, quanquam cùm nihil inueniam quod pro me facit, non audeo affirmare, sed sententiam, donec certius quid inuenero,*

ſuſtinendum a[illegible]bitror.

Moſſy-nœci.

152 Moſſynœci. *Ita vetu. Pariſ. recentiores verò*, Moſſynichi. *at vet. cod.* Moſſonychi. *quidam putauit hîc legendum*, Moſlynni, *non* Moſſynœci. *ex Græco verſu qui talis eſt:*

Μάκρωνες φιλύρες ϗ ὁ μοσσύνοικοι ἔχουσι.

Mela.

Cuius coniecturam adiuuat vet. lib. meus manuſcriptus Pomponij Melæ, vbi ita legitur, Vltra Carambim Moſſyni. *vulgares*, Moſſynæci turres ligneas ſubeunt.

G. pro C. ſæpe.

152 Macrones. *Vetus cod.* Magrones *vt* Drágæa, *pro* Drancæa, *& ſuperius* Ligurgum, *pro* Lycurgum, *idque ex affinitate litterarum* C. *&* G. *quod pulchrè Renardus noſter in omni antiquitatis cognitione prudentiſſimus & iureconſultiſſimus edito nuper ad leges* 12. *tabul. eleganti commentario docuit: quo modo etiam legis illud caput*, Cauſam conſcito. *legendum optimè oſtendit*, Cauſam cnoſcito, *idque ex Feſti auctoritate, contendentis* C *pro* G. *veteres frequenter poſuiſſe, vt ibi latius demonſtrat.*

In lege XII. Tab.

153 Byzeréſque. *Vet. cod.* Bytheréſque. *vet. Pariſ.* Byzaréſque. *Interpretes & recentiores*, Byzeréſque: *quam lectionem quòd cum Apollonio conueniat repræſentaui.*

153 Philyræque à nomine. *Vet. cod.* Philyreiáque: *neſcio vtrum debeat præponi. Suſpicor certè Poetas, cùm prima ſyllaba producenda eſſet alioqui natura breuis, ll. geminaſſe*: Phillyrides enim producitur, *cùm* Philyra *hîc corripiatur.*

176 Moribundæ deſuper. *Ita vet. cod. cum Lugdun. & Argentor. alij*, moribundam deſuper: *male.*

181 De.

181 Debita poſcunt. *Sic omnes vulgati: vet. cod.* debita noſcunt:*multo melius.*

195 Per genus. *Vetuſt. Pariſ.* pergenus. *Lugdunenſ. & Argentor.* pergimus: *ineptiſſime. vet. cod.* per genus.

195 Sidera paſſis. *Varia hic eſt variorum librorum ſcriptura: de qua inter ſe Sabellicus & Interpretes altercantur. Quin verò hac vetuſt. cod. lectio vera ſit, dubium non eſt.*

198 Placidus reminiſcere. *Sic vet. cod. alij omnes,* patrias etiam reminiſcere.

201 Per te vehar. *Ita liber manu ſcriptus: alij,* præteruehar.

204 Pellis micet. *Sic cod. calamo exaratus: reliqui omnes,* pellis nitet:*quod minus placet.*

221 Trepidam ſub virgine. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* trepidam ſub imagine: *melius.*

240 Quemcunque procorum. *Ita vulgares libri: quam lectionem laudat Interpres, vet. cod.* quæcunque procorum pacta petat:*optimè.*

255 Omne refuſis. *Sic vet. cod. non nulli,* omne reflexis. *alij,* omne refoſſis.

261 Et data ferì. *vet. cod.* & data ſæui: *ſic infrà,* Æmoniis infauſtum. *vet. cod.* Hæmoniis infeſtum.

270 Ipſum qui talibus. *Omnes vulgati,* ipſum qui talibus auſis Spem ſibi iam rerum vulgi leuitate ferentem. *vet. cod.* ipſum quoque talibus auſis Spem ſibi iam rerum vulgi leuitate ferentem: *quam lectionem etiam Sabellicus agnoſcit, & de eius veritate nihil dubito.*

274 Regum cum milibus. *Ita vet. cod. alij omnes,* regni cum milibus.

278 Debitus Aeeis. *Vet. cod.* Aetheis.

286 Ne prælia forte. *Vet. cod.* ne prelia forte Hinc tibi grata negem, manet ingens ægida sudor. *Vulgati omnes*, nec prelia forte Hinc tibi grata neget, iam iam manet egida sudor: *malè.*

308 Aut alios diris. *Vet. cod.* aut altos duris.

332 Lustrantia flumina. *vet. cod.* lumina: *malè. Et versu sequenti*, tantis in sedibus. *Vetus codex*, tacitis in sedibus.

338 Fratre tamen. *Variè versus hic legitur, sed omnibus in libris ineptè, ne dicam absurdè: præterquam in vet. cod. cuius scripturam excudendam curaui: & ea quæ Interpretes prolixè tractant, nihil huc faciunt.*

342 Æquali Schytidum. *Ita vet. cod. alij*, æquali Dryadum: *ineptè.*

388 Talis & in vittis. *Somniat hîc interpres, & meras nugas affert. vet. cod. habet vt excusum est, quæ lectio omni difficultate caret.*

353 Mater aduenit. *Sic vet. cod. alij*, petat agmine nostro Aduenit: *prius male.*

364 Magni sedere. *Ita omnes vulgati. vet. cod.* magnique dedere.

380 Ora Dianę. *Ita vetus codex, alij omnes*, arma Dianę.

386 Perfer opem. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* sed fer opem, *prius Latinum esse non existimo: & infrà*, nos hospita pubes, *vet. cod.* non hospita.

391 Atque omnia. *vet. cod.* sed & omnia, *&*, si veros possis. *vet. cod.*

407 Alloquiis. *Omnes vulgati*, Alloquiis facilis

facilis pręſens pater admouet ęquis. *Vet. cod.* Alloquiis facilis, pręſens pater ammouet ęqui.

417 Varia dux lętus. *Sic liber calamo exaratus. alij*, lętatus.

419 Prima Seſoſtris. *Vet. cod.* Seſoſtres: *vide Herodotum lib. 2. Strabonem 16. Diodorum lib. 2.*

423 Trepidęque. *Sic vet. cod. aly*, tepidęque requirunt. *&* ſine imbribus amnem, *vet. cod.* ſine imbribus annum.

431 Ater & Eridani, *Omnes vulgati*, acer & Eridani. *vet. cod.* Ater & Eridani: *quam ſcripturam etiam alij laudant.*

439 Torto ratis. *Vet. cod. cum Sabellico*, toto ratis: *vtraque lectio tolerari poteſt.*

441 Iam Phaſidis. *Ita omnes vulgati. vet. cod.* per Phaſidis: *optimè.*

444 Ludus vbi eſt multus. *Nonnulli*, ludus vbi exſtabat. *vet. cod.* ludus vbi eſt tantus. *alij*, ludus vbi eſt multus. *Lugdun. & Argent.* ludus vbi & cantus: *quæ lectio maximè arridet.*

452 Implicat igne domus. *Vet. cod.* implicat igne domos: *melius.*

456 Quin idem. *vet. cod. alij omnes*, quis idem: *malè.*

457 Penetralibus edit. *Sic omnes vulgati. lib. manuſcriptus*, patriis penetralibus infert.

461 Diſtulerant ſed. *Vet. Pariſ.* diſtulerant ſed bellator tum. *Lugd. & Argent.* diſtulerant ſed bella torum: *quam egregiam emendationem Eugentino debemus. quanquam parum ab hoc vet. cod. mens recedat, legens* diſtulerant ſed

bella toros: *melius. Si quis verò est qui fabulis anilibus & Aesopi commento frigidioribus delectetur, is videat* Baptistam Pium, *& Interpretem hoc loco: nam quæcunque frigidè pariter & insulsè dici possunt, huc congesserunt: quorum tamen lectionem laudat Hermolaus Barbarus.*

Bapt. Pius ineptis Sup. D,3.

464 Quos præcipuo. *Omnes vulgati*, quos præcipuo Titania tellus legit honore patres, motíque ad prelia Regis; Admonet hic socios, nebulámque erumpit Iason, Sideris ora ferens: noua lux effusa Cytæis. *vet. cod.* quos præcipuos Titania tellus Legit honore patres; motíque ad prælia Reges; Admonet hîc socios, nebuláque erumpit Iason, Sideris ora ferens: noua lux effulsit Itheis: *cuius postremam partem non probo: malo enim legere*, noua lux effusa Cytheis: *nam* κύτια, *inquit Scholiastes Apollonij*, πόλις κολχίδος. *Stephanus*, κύτα πόλις κολχική, πατρὶς μηδείας.

Cytea.

485 Maxima ab hoste. *Vet. cod.* Maxima fortè tenens tótque illa cremantia diuos. *omnes vulgati*, Maxam a ab hoste tenens, tótque illachrimãtia diuos: *quæ si vera est lectio, erroris origo non erit obscura: & facilè probari poterit, veteres scripsisse* illacrumantia.

494 Quam quem Polias. *Florent. & Bonon.* quanquam Pelyas: *ineptè.*

497 Quíque ante secuti. *Vet. Paris.* quódque ante secuti. *vet. cod.* quotque ante secuti.

449 Sed me nuda. *Sic vet. cod. alij*, sed mea nuda fides. *ita etiam videtur legendum apud Tibullum lib. 4.*

Tibul. lib. 4.

Te Messalla canam, quanquam me cognita virtus Terret.

non

non quanquam mea, *vt vulgo legitur. sic etiam superius emendauimus*, me primum regia mundo Imposuit: *cùm antea legeretur*, mea primum.

503 Bebrycię spernendus. *Omnes vulgati*, Bebryciæ spernendus adit seu fraude petiuit. *vet. cod.* Bebrycię spernendus adi seu fraude petiui: *& ita à poeta scriptum est.*

516 Da iungere dona. *Ita omnes vulgati. vet: cod.* da iungere dextram: *vtrumque facilem interpretationem admittit.*

519 Mitescat habenis. *Sic.vet.cod.& Argentor. Interpres verò cum reliquis vulgatis*, mitescat harenis: *malè.*

521 Ignescit opertis. *Vet.cod.* ignescit apertis.

535 Haud tali vos tempore. *Sic vet. cod. alij*, haud alio vos tempore. *& pro* obsidet, *vet.cod.* assidet.

541 Iámque virum. *Ita vet.cod. alij*, námque virum. *Lugd.& Argent.* cúmque virum trahet ipse Chalybs: *nullam lectionem satis intelligo.* [*Explicat tamen clarè ex Homeri simili Odyss. π. Gul. Canter. lib.3. Nouarum lect. cap.29.*]

542 Inscius astus. *Liber manuscriptus*, inscius acti; *quo etiam in exemplari versus ille,*

Ergo nec his nostris deerat labor improbus actis,

desideratur: videant doctiores sítne Valerianus.

553 Fare tuis. *Sic.vet.cod.alij*, fare auidis.

565 Via decolor. *Ita vet.cod.alij*, via discolor.

566 Æthera versat. *Sic omnes vulgati. vetus codex*, ęthera vestit.

571 Patitur conuiuia. *vet.cod.* potitur conui-

Ter Potitur commoda.

R

uia. *Ter. Adelp.* patria potitur commoda. *Pacuuius Iliona*, Vsi onere, credo, sceptrum patienter poti.

Tibull. lib. 4.

585 Choassen. *Vet. cod.* Choaspen *apud Tibullum quoque lib.* 4. vel Regia lympha dyaspes, *docti quidam legunt*; vel Regia lympha Choaspes.

587 Hic segnior. *Sic Interpres cum Eugenino; quæ vera lectio est. vet. Paris.* hæc genitor. *vet. cod.* genitor sic: *absurdissimè.*

592 Vnctis. *Lug. & Argent.* vinctis. *alij*, victis. *vet cod.* vnctis, *rectè: est enim id mollis & eneruati animi indicium: sic postea,*

593 Sed nec sperne virum, & comtis diffide capillis.

quem versum in omnibus libris hactenus desideratum in vet. cod. meo inueni.

595 Vide lata. *Sic nonnulli libri. vet. alij*, viden alta comantem?

Iaxarte. 1. 6. 8. 1.

597 Iaxarten. *Lugd. & Argent.* laxarten. *vet. cod.* laxasten. *consule Hermol. Barbarum in Plinium libro 6. cap.* 21. *&* 25.

612 Pulsantem corpora. *Sic Lugd. & Argen. cum vet. cod. Interpres autem cum reliquis vulgatis*, pulsantem cornua.

621 Adspicit Æga. *Vet. cod.* adspicit Æëtæ: *æquè bene.*

629 Num quer ar? *Bonon.* nam queror. *Lugd. & Argen.* num queror? *reliqui*, non queror. *vet. cod.* num querar? *optimè.*

642 Tantus mihi luctus & angor. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* tacitus mihi lucus & agger.

643 Et sola. *Vetust. Paris.* & sola colimus si gentibus

gentibus. *Interpres cum Lugd.* & sola colimur si gentibus. *vet. cod.* & solo colimur frigentibus: *Interpretis lectionem germanam poetæ esse credo.*

652 Non tibi Bystonide. *Ita vet. cod. reliqui omnes,* non tibi Aloydæ.

671 Fas aliquid nequeat. *Ea est scriptura librorum vulgarium, vet. cod.* fassáque quæ nequeam: *desistamne,* inquit, *& fatebor quicquam esse quod facere nequeam?*

681 Manet accipite ergo. *Sic Lugd. & Argentor. alij putant legendum,* rerum manet exitus ergo. *vet. cod.* rerum manet, accipite, ordo: *atque ita à Valerio scriptum fuisse assero.*

688 Nata iuuet. *Vetust. Paris. & Bonon.* nata iubet, *ex litterarum similitudine mendo nato, vt inferius ostendemus.*

693 Phlegræas. *Ita Lugd. Argent. & vet. cod. at vet. Parisi.* Phlegyas qui: *alij,* Phlegræas qui reddere: *æque absurdè.*

LVDOVICI CARRIONIS IN SEXTVM LIBRVM VALERII FLACCI CAstigationes.

1 AT vigil iisdem. *Vtrumque Parif. cum reliquis vulgati*, at vigil his furiis, *vet. cod.* at vigil hisdem ardet furiis.

3 Prę́sénſque videri. *Vetus codex*, tueri: *quod melius huic loco conuenit, vt vt interpretari volueris.*

23 Abſtineant alienę à. *Ita vet. cod. alij,* abſtineant alienę ſanguine: *malo vt excuſum eſt.*

24 Ideo tantos. *Sic omnes vulgati, præter Florent. qui cum vet. cod. habet,* non illos ideo tanti: *prius magis placet.*

49 Ductórque Colaxes. *Lugd. & Argent.* ductórque Coraxes: *malè.*

51 Viridémque Maracem. *Sic omnes vulgati. vet. Parif. & cod.* miracen. *Interpres legit* Micaren. *quid autem hîc legi debeat, difficile eſt iudicare, quando nihil alibi quod huc faciat inuenio.*

57 Scutis diffuderis. *Vet. cod.* ſcutis diffunderis: *melius.*

66 Datis Achimenię. *Ita Lugd. & Argen. vet. Parif.* Dat is Achimenię. *Interpres,* Dathin Achimenię. *vt & vet. cod. rectè.*

67 In arma Daraps. *Vet. cod.* in arma Claraps: *Idque vt ostensum est ex litterarū affinitate.*

70 Rodalo cum fratre Sydon. *Vet. cod.* non Rodalo cum fratre Fidon.

70 Iacesináque leuo. *Ita vet. cod. Alij,* Acesináque leuo.

75 Cum gente Syenem. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* cum gente Sirenem.

79 Arboris ad summum. *Deest hic versus in libro manu scripto, sed cùm omnes editiones eum agnoscant, certè Valerianus esse videtur.*

82 Cœaleæ. *Sic omnes libri vulgati. Hermolaus censet legendum* Coralij. *à quo non ita multum dissentit vetus cod. legens* Coraletæ, *quæ vera est scriptura.*

83 Sub vellere. *Lugdunens. & vet. cod.* sub vulnere: *malè.*

86 Ambenus. *Interpres cum Lugd. & Argen.* ambolus. *alij legunt,* Ambenus, *vt vetust. Paris. & lib. manu scriptus habet.*

89 Hos super erectam. *Sic vulgares libri. vet. cod.* super æratam.

97 Æa Baternas. *Etsi ea scriptura quam omnes agnoscunt, mihi non contemnenda videretur: non potui tamen dissimulare vet. cod. lectionem, quæ talis est,*

Illinc iuratos secum trahit Exabaternas.

alij legunt, in se trahit Æa Baternas: *iudicent doctiores.*

101 Hiberni qui terga Noę. *Ita vetust. Paris. Lugdun. verò & Argent.* hiberni qui terga Noue. *vet. cod.* hiberni qui terga Norę. *Sunt etiam qui coniciant legendum,* Tybarni qui terga no-

uem:*quorum sententiam hîc reicio.*

103 Quosque Tyras. *Ita Lugd. & Argen. Vetust. Paris.* quosque Taras. *vet. cod.* quosque Tarax.

Sup.D.8. 107 Drangæa phalanx. *Vet. cod.* Drancæa Phalanx: *cuius caussam superius sæpe attuli.*

114 Vel superas. *Vulgati*; superas Hecaten comitatus in aulas. *Vetus codex*, superas Hecates comitatus ad auras.

116 Varus. *Ita liber calamo exaratus: alij omnes*, Vanus.

116 Viderat æstas. *Vet. cod.* viderat ætas.

119 Longęua noualia. *Sic codex manu scriptus. Lugd. & Argentorat.* Lagi noualia. *alij*, Lagę noualia. *malè.*

122 Quas Otaces. *Lugd. & Argent.* quas Sotaces: quas Latris agunt. *Vet. cod.* quas Otaces, quas Latris, &c.

124 Notósq; refutat. *Vet. Paris.* notúsq; refutat Argus. *Lugd. & Argen.* notúsque refutat Arcus. *Interpres*, notúsque refutat Anger. *quam scripturam multis asserere conantur Interpres & Sabellicus, vet. cod.* notósque refutat Arcus.

130 Hic & odoratus. *Vulgati*. Hic & odoratus spirgti crine Michael. *Sabellicus autem putat legendum*, spiranti crine Metletæ. *vet. cod.* odorato spirantes crine Micelę. *quam scripturam etsi nihil inueniam quod eam adiuuet, vt concinniorem tamen exprimendam curaui.*

133 Doctus & Auchaces. *Vetus cod.* Doctus & Auchates.

133 Vincula Egyro. *Sic vet. cod. omnes verò vulgati*, vincula Cyro: *ineptè.*

141 Cum

141 Cum iuga. *Ita liber manu scriptus. alij*, cum vada.

144 Emoda. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* Eumeda. *quod malo.*

147 Exomatas. *Sic omnes manu scripti codices. Hermol. & Interpres ex Marcellini lib. 4. reposuerunt*, Iaxamatas. *Et Vopisci vita Cæsarum locum deprauarunt, cùm* Exomatas *pro* Iaxamatis, *substituerunt: negantes interim in veteribus libris aliter quàm* Exomatas *legi: quam ego scripturam vt antiquam retineo.*

Exomaræ. Sup. E. 3. Vopiscus

163 Mesus. *Vet. cod.* Mœsus. *vet. Paris.* Nœsus. *quæ scriptura cum locis iam nominatis, non malè congruit.*

163 Sarmata conti. *Sic vet. cod. & omnes vulgati, Sabelli. tamen conicit legendum*, sarmata canthi: *malè.*

166 Aut is apud. *Vet. Paris. cum omnibus vulgatis*, Auctus apud fluuios volucrum sonus æthera quantus. *Vet. cod.* Aut is apud fluuios volucrum quatit æthera clamor. *vnde legendum conieci vt excusum est.*

107 Tunc lituum. *Lugdunens. & Argentorat.* tunc lituum concentus adit. *Vet. Paris.* tunc lituum conceptus adit. *vet. cod.* tunc lituum concentus agit. *optimè.*

171 Typhoëa reuerberat. *Ita Lugdunens. & Argentor. quam lectionem falsam esse ostendit Interpres, legens* Typhona reuerberat. *vet. cod.* Typhoëa verberat.

190 Caspius Æœum. *Vetus cod. cum Lugdunen.* Caspius Ætæum.

191 Prædámque relinquit. *Sic vet. cod. alij*,

prædámque relinqui:*malè.*

195 Cadit ipse. *Omnes vulgati*, cadit is Chremedonidis. *Sabell.alibi reperit*, cadit ipse Medonidis. *vet. cod.* cadit ipse Chremedonis: *æque bene.*

196 Iamque latet. *Versus hi duo in libro manu exarato desiderantur, Valeriani tamen sunt: quanquam eosdem Mycillus Statio lib. 7. Thebaid.tribuat, an verò ille exemplar habuerit, in quo eos inuenerit, nescio: certè nec Aldi, neo reliquæ editiones ibi eos versus constituunt: quin liber Bononiensis, Aldinus, & vterque Parif.hoc loco legunt.*

an Statij versus, sed non reperio.

201 Debeat Oebreus. *Sic vet. cod. alij*, Ocheus.

209 Subito iacit. *Ita omnes vulg.vet.cod.* grauiter iacit.

212 Visúque Medontes. *Vet. cod.* visúque Medores.

218 Arctæi sed eum. *Multa variæque sunt in vulgatis libris lectiones, quarum nulla tamen cum hoc loco congruit: si eam excipias quam vet. cod. habet.*

221 Tot Rhyndace. *Cùm superius in vet. cod.legatur* . Rhundace, *hîc tamen constanter* Rhyndace *reperio, ex qua dixi* υ *Græco cum* v *nostro affinitate.*

υ cum v Sup.

226 Candentis carbása. *Bononiensis*, candentis carbasa villi. *Vetust. Parisiensis cum omnibus vulgatis*, candentis carbasa Nili. *Vet.cod.* splendentis carbasa lini:*optimè.*

Subtemen.

228 Pictóque iuuant subtemine. *Admirabilis est librorum manu script. non quidem mediæ*

ætatis, sed vetustiorum in scribendi ratione consensio: nam cùm D. Lambinus, homo in veteribus restituendis mire industrius, apud Horat. Vnde tibi reditum certo subtemine parcæ, *meminisset in omnibus codicibus legi* subtemine: *ita quoque & in meo hoc vet. cod. & in 2. calamo exaratis versum illum Papinij lib.* 7. Et rubet im bellis Tyrio subtemine thorax, *scriptũ inueni. Quid? quod Carisius Sosipater lib.* 1. *instit. Grammat. idẽ annotat, vt ex eo Pierius in* 3. *Æneid. obseruauit: sed & Varro lib. de lingua Latina* 4. *de generibus vestium loquens, non aliter quàm* subtemen *scribit. quin &* subtemen, *non* subtegmen: Temen, *non* Tegmen, *antiquos scripsisse testes sunt Pandectæ Florentinæ in l.* 70. *in principio. & §. vlt. D. de legatis lib.* 3. *l.* 22. *in fine D. de auro, argento.*

Lambin.

Proturbans ingerit. *Sic vet. cod. alij*, profundens iñgerit.

235 Tegmen auis. *Omnes vulgati*, Id quoque tegmen auis & equi porrecta per armos. *vet. cod.* Id quoque tegmen equis agitur porrecta per arma.

238 Vadit equûm. *Ita vet. cod. alij*, vadit equi.

248 Teneræ liquuntur. *Sic Interpres. at Lugd. & Argẽ.* teneræ linquuntur. *vet. cod.* teneræ liquuntur.

257 Onchea conto. *Ita vet. cod. alij*, *ochea.*

262 Deducat ab. *Vet. cod.* deducat ab arbore rami. *vulgati*, deducat ab aëre rami.

263 Ante manu. *Sabel. legit*, Arte manu tacita cui plurima creuit harundo. *alij vt excu-*

sum est.

266 Nam fors adiunxit. *Ita omnes vulg. vet. cod.* nam fors ita iunxit.

278 En ait. *Sic vet. cod. alij,* Non ait.

278 Corripit horror. *Vet. cod.* Corripit error.

280 Magnóque doloris. *Lugd. & Argent.* acies auget, magnósque dolores. *vet. cod.* acies auget magnóque doloris Turbine; *melius.*

787 Aut claris occumbite. *Lugd. & Argent.* aut claris occumbite factis. *vet. co.* caris occumbite natis. *Ego verò aut* natis *aut* factis occumbere *Latinum esse non puto: legendum itaque coniecí,* claris occumbite fatis. *& meam coniecturam inueni à vet. Paris. comprobari.*

292 Paruíque etiam. *vetus cod.* paruíque viã.

301 Non vsquam videt. *Vulgati omnes,* non vsquam videt atque iterum intrat in æquor: *quam postremam versus partem multis verborum circuitionibus Scholiastes interpretatur: plerísque de veterum in augurio religione temerè allatus. vetus cod.* Quem quærit nusquam, videt atque iterum intrat, &c.

304 Opprimit admissis. *Ita vet. cod. alij,* opprimit amissis, *ineptè: vt & quod sequitur.*

309 Genitor inquit. *Vetus cod.* inquit genitor: *multo melius.*

336 Hæc saxa relinquant. *Vulgati,* hæc saxa relinquam Martis agros, vbi tam sæui durauit nius amne, *vet. cod.* hæc saxa relinquant Martis agro subitam sæui, &c. *in altera earum lectionum facilis error est. Ita enim veteres scribebant,* Martis agros vbi tam.

355 Ipsius Æoliæ. *Ita vet. cod. longè meliùs, quàm ait Interpres*, ipsius Eubœæ: *aut omnes vulgati*, ipsius Euboiæ.

359 Qui frangere oliuo. *Vet. cod.* frangit oliuo: *vt etiam quidam impressi : istud autem Poeta mutuatus est ab Homero* ἰκ ρ.

369 Arietat. *Lugd. & Argentor.* arietat cantum. *vet. cod. cum Parif. vetust.* arietat & : *meliùs : est enim proceleumaticus* ; *vt*, labat ariete crebro Ianua. *Virgil. 2. Æneid.*

374 Bellabimus. *Ita vet. cod. & nonnulli recentiores: alij*, bellauimus: *malè.*

377 Ductantem cornua, *Vet. cod.* ducentem cornua.

378 Inque labantis equi. *Lugd. & Argentor.* Inque labantis equi tendentem frena Cenhippen. *vtrumque Parif.* Inque labentis equi tendentem frena Nesippen. *vet. cod.* Illabentis equi tendentem frena & Henippen. *optimè.*

383 Nutúque cadens. *Vet. cod.* nutúque carens.

390 Rapturus ab agmine, *Lugd. & Argent.* rapturus ab inguine: *malè.*

418 Neque tela cauere. *Hos versus è quibus Interpres se expedire non potuit, tacitus præterit. omnes vulgati*, neque peste recinctos Tela, sed implicitos, miseráque in peste reuinctos. *vetust. cod.* neque cura cauere Tela, sed implicitos miseráque in veste reuinctos : *optimè. Illarum autem vocum*, pestis *&* vestis, *in se transmigratio frequens est. Exemplum vnum adducam ex Pacuuij Nyptris:*

Barbaricam veſtem nauibus noſtris obtulit
Noua figura factam, commiſſam infabre.
Sic ibi vet. cod. at in vulgatis Nonij Marcelli libris, verſus hi duobus in locis ita leguntur,
Barbaricam peſtem Sabinus noſtris, &c. *ineptè.*

423 Conſtrictos excipit. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* conſtrictos accipit.

433 Ac ſæuas aperit. *Vet. cod.* feras aperit. *ſequenti verò verſu,* Increpat & feris. *Vet. cod.* increpat & ſæuis: *bene.*

435 Inter regia. *Vet. cod.* inter egentia. *prius malo.*

442 Illius ad flatus. *Vet. cod.* illius ad fremitus.

444 Alligat ignis. *Cod. Bonon. & Venet.* alligat ingens. *manuſcriptus*, alligat igni Cuncta ſopor: *melius.*

453 Medio quam ſiſtet. *Sic Interpres. Lugd. & Argent.* medio quæ ſtaret. *vet. cod.* neque quę medio ſtet: *optime.*

459 Atque prior. *Vet. cod.* ac prior hanc: *elegantius.*

471 Dedit ecce decus. *Vet. cod.* dedit acre decus.

475 Alienáque cura. *Vet. cod.* alieni cura. *& ſic legi debet.*

487 Ignaua ſedes. *Vet. cod.* ignara ſedes. *vtrumque admitti poteſt.*

517 Dic age tu veri. *Vetus cod.* dic age túque feri.

524 Spirantis aceruì. *Male quidem legunt,* ſpirantia cerui. *vt Argent.* chlamis ardet, *pro* arcet.

arcet.

538 Non pascca. *Diuersissimè versus hic in omnibus legitur & interpungitur. Lugd. & Argent.* non pascua nec bos. Hic tibi nocturnis mitte hæc simulachra rapinis : *vtrumque verò Paris.* non pascua nec bos. Hic tibi nocturnis mitte hæc simulachráque Panis. *vet. cod.* non pascua nec spes Hic tibi nocturnis, mitte hæc simulachra rapinis.

542 Et laxis. *Vet. cod.* & lapsis.

544 Modo læta Cyteis. *Omnes vulgati*, modo læta citatis. *vet. cod.* modo læta Cyteis: *multo melius.*

554 Porrigit ictu. *Ita vet. cod. alij*, porrigit aruo.

555 Et zachorum & phal. *vtrumque Paris. cum Lugd. & Argent.* & zacorum & Palcen peditem pedes haurit Amastrum. *alij* Amastim. *vet. cod. vt excusum est.*

557 Cassa frendens. *Vet. cod.* cassa ridens.

560 Læta boum. *Ita Lugd. & Argen. vet. co.* læta hominum.

570 Euritus Exomatas. *Interpres, vt sibi constet, putat legendum esse* Axamatas, *pro* laxamatas, *prima littera detracta. Ego constanter in vulg. & vet. libris, & hîc & superius inuenio* Exomatas. *& ita planè legendum censeo.*

Exomatæ.

572 Primis ereptus. *Vet. cod.* breuibus præreptus.

573 At Latagum. *Omnes vulgati*, [Ablatacum Zeténque Daraps; illum exigit hasta Hunc fugat, ingenti subitt tum sanguinis vnda Vidit. *vet. cod.* At Latagum, &c. *vt imprimendũ curaui.*

583 Quod funderet arma. *Omnes vulgati,* quod fuderat arma Orantésque viros quam densis sisteret armis. *Vet.cod.* quot funderet arma, Orantésque viros quam densis sterneret hastis: *melius & elegantius.*

595 Nec sanguine quisquam. *Vet. cod.* nec sanguinis vsquam.

604 Impulit. *Omnes vulg.* Intulit atque nouas egit sub pectore vires. *Vet.cod.* Impulit atque nouas egit sub pectora vires.

609 A Ioue. *vet.cod.* ab Ioue. *Sic Virg. Æneid.* Et mi genus ab Ioue summo. *Et in Bucolicis,* Ab Ioue principium Musæ: Iouis omnia plena.

Et Calpurnius Ecloga. 4. Ab Ioue principium siquis canit æthera, sumat. *& alibi sæpe.*

619 Vndantem cornibus. *Ita vulg. vet. cod.* sudantem crinibus.

639 Nunc Atinen. *Vet.cod.* Nunc Arinen Olbúmq; necat; iam saucius Apren, Et desertus equo Tydrum pedes excidit hasta. *Omnes vulgati,* Nunc Arnem Nolbúmque notat, i. f. A. & d. e. T. pedes excipit hasta.

648 Saturare canes. *Lugd. & Argent.* Saturare canes Scythiæque volucres Heu miseri venistis ait. *Vet. cod.* Vos Scythiæ saturare canes Schytiæque volucres Huc miseri venistis ait. *optimè. Sic Virgil.* Non nos aut ferro Scythicos populare penates Venimus.

656 Cadentis acerbat. *Sic vet. cod. & omnes typo excusi. at Interpres,* cadentis aceruat. *minus bene: vitij origine ex litterarum cognatione ducta: veteres enim promiscuè & indifferenter* v *&* b *vtebatur.*

si in

sis in Epist. Plinij male, Celsus Iubentius, *pro* Iu-
uentius. *nominatur & apud Ciceronem de Senect.*
hospes tuus habitus Masinissa. *pro* hospes tuus
auitus Masinissa. *& oratio Ciceronis pro* Cluentio
Habito *inscribitur, cum vocari debeat, pro* Cluẽtio
Auito: *multisque aliis in locis, vt eleganter docuit*
Iacobus Cuiacius acutissimus interpres, quibus illud
Varronis addatur ex Satyra inscripta, Est modus
matulæ. *περὶ μεθῆς.* Cui nihil iucundius quisquã
uiuit, *pro* vino nihil iucundius quisquam bibit.
quo in loco Gifanius putauit legendum οἴνῳ nihil &c.
acutè. sed hoc contra vet. lib. Apud Virgil. quoque 12.
Æneid. quidam legunt, formidine crimen acer-
uat: *alij*, acerbat: *quod malo. sed id nemini mirũ vi-*
deri debet: tanta enim est v *&* b, *quemadmodum di-*
xi, cognatio, vt ante M. C C. *annos fuerint, qui integros*
de ea libros conscripserint: quod testatur Cassiodo-
rus, *qui sub Iustino seniore vixit: lib. 1. Instit. diu.*
lect. cap. 30. *cuius verba. & quod in vulgatis malè in-*
terpuncta sint, & vt omnes intelligant quanti fa-
cienda sit, Orthographia adscribam emendata.
Orthographos, *inquit*, antiquos legãt, Velium
Longum, Curtium Valerianum, Papirianum,
Adamantium Martyriũ de v & b, eiusdem de
primis mediis atque vltimis syllabis: eiusdem
de b littera trifariam in vnum posita: & Euti-
chen de aspiratione. sed & Focam de diffe-
rentia generis. *quæ prolixius apposui, vt eruditos*
incitarem ad huiusmodi Grammaticos conquiren-
dos.

V. pro b. exẽpla sup. D. 2. b.
Plinius.
Cic. Cluentius Auitus.
Cuiacius.
f οἴνῳ
Virg.
Cassiodorus quando claruit: Correctus.

667 Miseræ sensere. *Sic vet. cod. alii,* curuæ
sensere.

701 Patrium ceruice. *Ita plerique vulgati, eo modo quo Virg.* sactum tiaram, *dixit. vet. cod.* patriam ceruice. *Vt apud Iuuenalem,*

Iuuenal. Phrygia vestitur bucca tiara.

707 Tygris agit. *Ita vet. cod. alij,* saucia tigris hiat.

714 Nec labor assiduus. *Hic versus ab omnibus vulgatis & abest & deest: quem ex vet. cod. Valerio restitui.*

717 Nigráque euulsam extendit. *Ita Lugd. & Argen. & Bonon. verò,* magnáque euulsam extẽdit. *Vetus cod.* nigráque euulsam tendit.

724 Fuga fœda ducum. *Lugd. & Argent.* fuga fœda ducum. *Vet. cod.* fuga torua Ducum.

731 Quid fratris meritas. *Lugd. & Argent.* quid fratris sæui tunc Iupiter omnia. *Bonon.* sęui tunc Iupiter omine. *vet. cod. vt excusum est: quemadmodum etiam legendum putauit in* Nouis *suis* Lectionibus *doctissimus, mihique amicissimus Canterus lib. 1. cap.* 8.

735 Fallere Achiuos. *Vulgati omnes,* Quo fallere Achiuos Quisque velit; quoque hunc. *vet. cod.* quo fallas Achiuos Sic meritos quoque & hunc.

748 Socias elementi. *Vulgati,* socias dementi turbine gentes, Erigitur paulum leui. *Vet. cod.* socias elementi turbine gentes, Erigitur paullúmque leui: *melius.*

751 Serus Iber. *Vulgati,* serus Iber vbi Syndomæque phalanges. *Vet. cod.* serus Iber Essedomæque phalanges. *videat lector vtram lectionem præferat.*

752 Marte carent. *Vetus codex & Bononiens.* Marte

Marte calent:*malè, vt opinor. sequitur enim*, solisque iuuant clamoribus agmen.

753 Profert mortalibus. *Exemplar Lugd.* profert optabilis *cum vet. cod.*

756 Vt fera Nyctelij. *Lugd. & Argentorat.* vt fera Nyctelij paullum per sacra resistunt Mox rapuere Deûm iam iam quodcunque paratæ. *Interpres & vetust. Paris.* vt fera Nyctelius paullum per &c. *Vet. cod.* Vt fera Nyctelij paullisper sacra resistunt.

LVDOVICI CARRIONIS IN SEPTIMVM LIBRVM VALERII FLACCI castigationes.

4 Ergo vbi cunctatis. *Sic vet. cod. at vulgati*, Ergo vbi contactis. *Lucanus lib. 2. Pharsaliæ.*

Turritáq; premens frontem matrona corona,
Translatæ vitat contingere limina plantæ.

Si quis omnino contendet legendum cunctatis, *dicet vitij id irrepsisse ex eorum opinione qui* contatis *auctore Verrio (quem Festus refutat) quàm* cunctatis *scribere malunt: atque ita vnius litteræ c additionem facilem esse.*

Contatus & Cunctatus.

7 Nec pereat. *Omnes vulgati*, Nec peterat

quo ſcire modo.*vet. cod.* Nec pereat quo ſcire malo. *vetuſt. Pariſ.* Nec poterat quo ſcire modo.

21 Iam iactata toro. *Vet.cod.* Tum iactata toro nimiúmque experta cubile.

24 Leuis erigit. *Ita vet.cod. Bonon.verò, Florent. & Pariſ.* languentes erexit imber. *quidam legunt,* erexerit imber. *ſed prima lectio optima eſt.*

31 Clareſceret aſpera. *Sic omnes vulgati habent, præter vnicum vetuſt. Pariſ. qui legit,* clareſcat atria: *cuius fidei per me derogatum nolo, cum & vet. cod. ſuffragetur.*

32 Iam iam vultus. *Sic vetuſt. Pariſ cum omnibus vulgatis. vetus codex,* nam iam vultus vocéſque parantem.

44 Sic ſpreuerit. *Vet. cod.* vt ſpreuerit.

45 Spolium vt vino. *Vetuſt. Pariſ.* ſpolium vt Iuno.

46 Ipſum offerre. *Lugdun. & Argent.* ipſum efferre meos, atque ipſum pandere lucos. *vetuſt, Pariſ.* Ipſum efferre meos ipſum me pandere lucos. *ita & vet. cod. niſi quod pro* efferre, *legat* offerre.

56 Ac prior. *Bonon. liber*, ac prior Æmonias rapuit ſuper æquora prædas Haud ego. *Vet. cod.* Ac prior Hæmonias repetet ſuper æquora prædas: Haud ego, &c.

83 Stupet Ioniúſque. *Interpres*, nautes ſtupet Ionio alto Qui te iam lybæc tuens. *Lugd. & Argent.* ſtupet magis Ionus alto. *Vet. cod.* ſtupet Ioniúſque magiſter Qui portus Tiberine tuos.

85 Præ-

85 Præceps ſubito. *Ita omnes vulgati, præter Bonon. qui habet*, præceps ſubit omnis quam oſtia. *vet. cod.* præceps ſubiit, nuſquam oſtia, nuſquam, &c.

119 Quærit vt Ææis. *Vet. cod.* Ætæis.

122 Explerique nequit. *vet. cod.* implerique nequit.

127 Seſe ſemel. *Sic vet. cod. alij*, ſeſe ſimul.

159 Totum mecum. *Ita vetus codex. alij*, tantum mecum.

161 Decepta reliquit. *Sic omnes vulgati. vet. cod.* furiata reliquit.

165 Quin illa ſacro. *Vet. cod.* queis illa ſacris quo freta veneno.

174 Quod ſingula. *Vet. cod.* ſed ſingula.

176 Sed me. *Omnes vulgati*, ſed me ipſum opus & cunctant. *vet cod.* ſed me ipſa opus eſt, cunct.

179 Tu face letiferæ. *Sic vet. cod. alij*, tu face luciferæ, *forte ad Dianam Tauricam reſpicit.*

183 Impediat. *Vetuſt. Pariſ.* vt mea ſorte Impediat nec me ætati. *Sabellicus & Interpres legũt*, nec me Æætis. *Lugd. & Argent. cum recentioribus*, impediat, nec enim eſt tanti. *quod ſcripturæ adulterium ſuum auctorem Eugentinum prodit. vetus cod. habet vt excudendum curaui.*

186 Amplexúmque pati. *Ita libri editi. vet. cod.* amplexúque peti.

187 Feſtinánſque. *Vet. cod.* feſtināmque.

202 Duræ cogar. *Vetus codex*, dire cogar comes eſſe ſorori Et nunc ille ſua. *Vulgati*, duræ cogar comes ire ſorori Et nunc ille ſui. *malè.*

206 Hæſerit aruis.*Vet.cod.*hæſerit oris.

229 Qua redit itque.*Bonon.*qua redeúntque dies. *vet.Pariſ.* qua reditque dies.*manu ſcriptus & recentiores*, qua redit itque.*bene.*

229 Diis nata. *Bonon.*ornata malignus. *Sabellicus & libri recentiores*, ô nata malignis. *vet. cod.*diis nata malignis.

241 Quoniam potes. *Sic vetus codex*, *alij*, quando potes.

242 Quæque aſpera mater.*Ita vetus cod.alij*, aſpera ſemper.

244 Ardua amanti. *Bonon.*ardua menti. *Interpres legit*, arida mens eſt: *quam lectionem omnes libri vulgati ſeruant.Vet.cod.*ardua amanti.

246 Da prendere veſtes.*Interpres cum Sabellico*, redde diem & noctem mihi; da me adprẽdere veſtes.*Vet.cod.cum Lugdun.& Argent.*Redde diem noctémque mihi da prẽdere veſtes. *Vetuſt.Pariſ.* Redde diem noctémque mihi da adprendere veſtes.

277 Iugulata procorum. *Sic legit Sabellicus. Vet.verò cod.& vetuſt.Pariſ.*vulgata procorum.

291 Dignior: eſt &.*Antea legebatur*, dignior es.*ex quo loco Baptiſta Pius aſſerere conabatur, ſyllabam es, aut breuem aut longam conſtitui poſſe: adducto etiam Propertij verſu,*

Propert. Si puer es, alio traice tela tua.

Egnatius autem & reliqui recentiores Grammatici, aut ad cæſuram confugerunt, aut verſum deprauarunt: ſed Vet.cod.optimè habet vt excuſum eſt; neque enim es, vnquam produci poteſt. nam apud Propertium ita lego:

Si pudor eſt, alio traice tela tua.

cùm

cùm enim dixisset, An tibi iucundum est siccis habitare medullis, *subiungit*, si pudor est, te *nimirum* siccis habitare medullis; alio traice tela tua. *Reliqua quæ hîc aut Pius, aut Propertij interpretes habent, insulsa sunt.*

296 Infelix obstruit. *Ita omnes vulgati. vetus cod.* infelix obruit.

299 Duras euadere. *Sic emendaui ex vet. cod, cùm antea legeretur,* diras euadere: *quam tamen emendationem alius ex meo manu scripto libro, in suis Collectaneis sibi asscribit.*

Ob. Gifanius. sup. c. 7. 6.

320 Proclamat neque. *Quatuor hi versus trāspositi sunt, qui ordinem verborum & sensum perturbant, sic enim vulgo leguntur:*

Proclamat neque opem ignoto viréſque daturam.
Ac neque tam turpi cessuram semper amori
Sæpe suas misere promittere destinat artes.
Denegat atque vna potius discernit in ira.

Aliter sanè in libro manu scripto, multóque emendatius, & quemadmodum à Poeta scriptos fuisse non dubito: nam in aliis commodum sensum velle inquirere, est cum ratione insanire: sic ergo legendi, vt excusi sunt.

341 Qui nunc est. *Vulgati,* qui nunc est crudelis. *Vetus cod.* qui nunc est primæuus.

345 Tunc poteras. *Bonon.* tunc patérque atque istis. *Lugd. & Argent.* tunc poteras istis iuuenem tunc perdere monstris. *vet. cod.* tunc poteráſque istis iuuenem non perdere monstris.

357 Caucaseum. *Vulgati*, Caucaseum tonitru nutritáque gramina ponit. *Vet.cod.* Caucaseum promit nutritáque gramina ponit. *non ita placet.*

370 Mente dolor. *Vet.cod.* monte dolor.

373 Dat dextram. *Versus hic in omnibus corruptus est: legitur enim*, blandéque pauens vocem Venus vt quam. *vet.cod.* Dat dextram vocémque Venus blandísque pauentem Alloquiis.

377 Hortatúrque sequi. *Vet.cod.* Hortatúrque suis breuibúsque insurgere pennis. *alij omnes*, Hortatúrque sequi breuibúsque insurgere pinnis.

379 Iámque redire rogant. *Vet.cod.* iámque redire volunt.

380 Haud aliter cæcæ. *Vet.cod.* haud alia Ææę per mænia.

394 Iámque tremens. *Vulgati*, Iámque tremens longè sequitur Venus atque sub altas. *Vet.cod.* Ipsa tremens longè sequitur Venus: vtque sub altas: *multo melius.*

421 Expendere pœnas. *Vet.cod.* pendere pœnas. *sic lib.* 1. iam pendere pænas Colchida.

Pendere pœnas.

422 Non iacet. *Vulgati*, Iam iacet extrema quod nunc mihi cuspide cantus. *vet.cod.* An iacet externa quod nunc mihi cuspide Cantus.

442 O vbi Iuno. *Vet.cod.* en vbi Iuno.

452 Si tamen. *Vulgati*, Si tamen aut superis aliquam spem ponis in ipsis. *vet.cod.* Si tamen aut sumeis aliquam spem ponis in armis.

478 Quan-

478 Quantum hic aberis. *Vet. cod.* quando hinc aberis: *recte*.

484 Merito morituram. *Ita Lugd. & Argent. cum reliquis vulgatis. Vet. cod.* merita morituram.

486 Perdita abibo. *Vet. cod.* prodita abibo.

500 Vnquam ego. *Interpres legit*, Vnquam ego si meriti noctisque si immemor huius. *Lugdun. & Argent.* Vnquam si meriti noctisque sit immemor huius. *liber manu scriptus*, Vnquam si meriti sim noctis & immemor huius.

512 Dulces rapientia. *Ita vet. cod. Interpres*, dulcis rapientia. *Lugdun. & Argent.* totiésque ducis rapientia.

532 Mihi care periclis. *Sic omnes vulgati. at vet. codex*, iterum carpende periclis.

540 Liberne fretis. *Interpres legit*, Tibarine fretis iam vultus apertus. *in quem locum quæcunque ineptè pariter & absurdè effutiri potuerunt, omnia congesta videas. vet. Paris.* Tibarine fretis iam vultus aperto. *Lugd. & Argent.* Liberne fretis iam vultus apertis. *vetus cod.* Liberne freto iam vultus aperto.

545 Spésque addidit aura. *Ita Lugd. & Argent. vtrumque autem Paris.* spésque addidit aula. *vet. cod.* spésque addidit ausa: *optimè*.

546 Mihi vertite. *Vetus cod.* inertite. *& pro* partim Graium. *vetus cod.* parti Graium.

556 Prosequitur speciosa ducem. *Sic Interpres. reliqui vulgati*, prosequitur spacióque ducem. *vet. cod.* prosequitur stipátque ducem.

560 Lapsa dies. *Vet. cod.* Lassa dies: & attoni-

ti, vetus codex attonitis.

565 Effudere tenebræ. *Ita vulgati omnes, vet. cod.* effudere tenebras.

566 Exima. *Vet. cod.* ex vna: *rectè. sequitur enim*, geminos mortalibus ignes, &c.

578 Et toruo. *Vet. cod.* & torto.

586 Inicit Æsonides. *Vulgati*, Inicit Æsonides dextram atque ardentia mittit Cornua, *vet. cod.* Incitat Æsonides dextram: inque ardentia mittit Cornua.

589 Nitentem carminis. *Sic alij. vet. cod.* nitentem cornibus.

611 Tum gleba quatit. *Vet. cod.* gleba quati: *melius. sic vbi alij*, dare germina tellus At vera, *vet. cod.* daret agmina tellus Aduerso.

615 Recedere cristis. *Vet. cod.* recedere castris.

629 Iámque omnes videre. *Vet. cod.* omnes odere.

631 Medea veneno. *Post hunc versum alius desideratur, quem ex libro manu scripto reposuimus, est is talis*, Infectam dederat vsúsque armarat in illos: *qui plane cum hoc loco conuenit.*

Bellona.

634 Qualis vbi exstimulat. *Comparatio hæc diuersè legitur in vul.* Qualis vbi exstimulat mæstæ Phrygia agmina matris Ira vel exectos lacerat Bellona comatos, *Vet. cod.* Qualis vbi exstimulat mæstæ Phrygas annua matris Ira: vel exsectos lacerat Bellona comatos. *alij ex Strab. lib. 2. legunt*, Comanos.

LVDO-

LVDOVICI CARRIONIS IN OCTAVVM LIBRVM VALERII FLACCI castigationes.

14 TV precor hæc. *Vulgati*, Tu precor hæc longæ placidus mox ſceptra ſenectæ. *Vet. cod.* Tu precor hæc longa placidus mox ſceptra ſenecta.

17 Prodit medicamina ciſtis. *Vetus cod.* profert medicamina ciſtis.

20 Furiarum erecta. *Vetus cod.* eiecta. *Lugdunenſis*, euecta.

23 Quem tenet. *Interpres & vet. Pariſ.* quem tenet extremum coniunx ferit irritus Iſthmos. *Lugdun. Argen. & vet. cod.* Quem tenet extremum coniunx ferit irritus Iſthmon.

35 Acta timore graui. *Vet. cod.* icta timore graui. & iam iam non vlla, *vetus cod.* iam nunc non vlla.

40 Satis eſt vexiſſe. *Vet. cod.* ſatis eſt quæſiſſe.

45 Virgo iterum notis. *Vet. cod.* Virgo nouis iterum.

62 Aduocat vltro. *Vet. cod.* ac vocat vltro; *elegantius.*

77 Quem me inſtante. *Sic omnes vulgati. at*

*vet.cod.*quem metuis me stante.

105 Atque effuge raptis. *Hic est postremus versus vet.mei codicis manu scripti, reliqui temporum iniuria perierunt: quorum iacturam eo leuius & æquiori animo patior, quo præclariora ea sunt quæ nobis seu fata seu Deus aliquis superesse voluit. cum itaque non nisi ab excusis & vulgatis exemplaribus adiuuari possim, vnum hoc superest, vt eorum variationes aliquot in locis ostendam: quod cum fecero, vela complicabo, & Argonautas Iunoni & Palladi committam.*

107 Terrigenas in fata. *Sic Lugd. & Argent. at vtrumque Parisiense*, terrigenas infesta dedi. *malè.*

135 Fraudémque fidémque. *Ita vtrumque Paris. Lugd. & Argent.* fraudémque fugámque. *melius.*

178 Vos ait. *Interpres,* vos, ait, Æsonidæ. *vetust. Paris.* vos ait Æsonide. *Lugd. & Argent.* vos ait Æsonides. *media lectio maxime placet.*

Tus, non Thus.

248 Nec tura. *Sic scribo, non autem* thura: *suffragantibus vet.Cod. & Grammat. Sôsipater enim Carisius Tus à tundendo dictum vult: quamuis Iulius Modestus* ἀπὸ τῦ θύειν *deducat.*

285 Dixerat atque orans. *Ita Interpres & vetust. Paris. at Lugd. & Argent.* dixerat itque orans.

319 Haud ita sed summo. *Vet. Paris.* haud ita sed somno. *malè.*

320 Haud finit. *Ita Interpres. recentiores verò,* aut finit.

348 Nec Murrha. *Vet. Paris.* nec myrrha corpus Achiui. *Lugd. & Argen.* nec murrha

corpus

corpus Achiuis.

365 Haud illa velit. *Sic Interpres. Bonon. Lugd. & Argent.* haud vlla velit. *Sabellicus.* haud nulla velit.

397 Hæc committat. *Ita omnes recentiores. Interpres,* hæc commutet. *ineptè. Sic apud Virgilium libro quinto Æneid.*

Non vires alias conuersáque numina sentis. *plerique vet. cod. habent* commissáque. *melius, vt mihi quidem videtur.*

424 Hi reddere. *Interpres legit,* his reddere forsan Fas: abeant. *Lugd. cum omnibus vulgatis,* Hi reddere forsan Fas habeant: *prius malo.*

461 Quid dubitas. *Hunc versum,* quid dubitas? heu dure siles magnúmque minatur, *inuenio in Parisi. Bonon. & Florent. post illum,* decor ille iuuentę. *Interpres verò reiecit post illum.* altera prora. *Eugentinus in Lugd. & Argent. editionibus omisit, fortaßis quia Valerianus non est.*

469 Tentat &. *In recentioribus vulgatis istud est postremum carmen. in antiquioribus autem sequitur,* Mene aliquid meruisse putas? me talia velle. *vt vt est, constat sanè Poetam morte prauentum vltra fragmentum octaui libri nihil scriptum reliquisse: quo magis miror Ioannem Hartungum & 10. & 11. eius libros in Decuria. 2. locorum à se correctorum adducere: cùm illi à Valerio Flacco non editi, sed* à Baptista Pio ex Apollonio *conuersi, & extremo Valeriani cod. adiecti sunt optarim itaque eos duos locos sub cap 5. quod continet errata in citando in eadem Decuria ab Hartungo positos esse.*

Io. Hartungus errat.

FINIS.

AND. SCHOTTI ANTVERP. NOTÆ IN C. VALERII FLACCI LIBROS VIII. Argonauticῶn.

IN LIB. I.

v.1 PRIMA DEVM.] Tale illud T. Lucretij de Græcis lib.1. de rer. Natura. *Ductores Danaum delecti prima virorum*

And. Alciatus lib.8. *παρέργων* cap.8. plura colligit: & in *Hypercritico* seuerè nimis iudicans Iul. Cæsar Scaliger, qui est sextus *de Poetica* liber, quæ cum iudicio, imperturbato animo, censeo legenda, atque expendendum accuratius est hoc *Flacci* principium, quod calore effusum, vt reliquum poematis iuuenili excidit impetu, ceterà ingeniosum.

Pag. 325. Leyd.

Prima freta peruia] Quomodo prima? ait Iul. Scaliger: cum ipse lib.1. Argonau. canat *Pharias Tyriasque carinas*. Et Apollonius naues Iasoni obuias in Ponto scribit. Præterea classis apparatum Æetæ vterque commemoret. Catullus vero in suo Epithalamio Thetidis & Pelei Argonautarum iter etiam narrans:

Illa rudem cursu prima imbuit Amphitritem:

Et Dionysius Afer in *περιηγήσει*. Pingit Vero-

nensis in ea nauigatione vestem Thetidis cũ naui Thesei: & in ea matris Achillis nuptias celebrat. Flaccus vero noster ante eam nauigationem natum fingit Achillem.

Quod ait *Deûm nautis*, negat Scaliger Deorum nautas fuisse, qui aduersis fatis toties afflicti fuerunt: pars etiam eorum ipsa in nauigatione interiere. Sola Pallas dicitur nauis auctor fuisse, nauigationis non item. Talia fere Iul. Scaliger, quæ facile refelli queant: à poëtarum officio ac more fingendi; vnde illis nomen, distántque potissimum ab historicis. Principium idem refingere sic tentabat: Pag. 32[illegible]

AEquora fatidicæ primùm sulcata carinæ,
Cognatúmque ceno fulgentis tergoris aurum,
Diuæ opus. illa feras Scythici quæ Phesidos oras,
&c.

13 Namque potes) Hermolaus Barbarius & Bapt. Pius *potest* legunt, alij *potens*.

16 Iactant sudasse Mineruam) Vide à nobis notata Obseruat. humanar. lib. secundo cap. 20. & 54.

22 Populis metus illius omnes) *omnes* Ant. Sabellicus: quod ibidem sum secutus.

38 Cum iuuenem tranquilla timens) Laur. Balbus Liliensis in Annotat. *tuens* tuetur.

41 Annue, dátque animum) Ibidem Liliensis *dáque* rectius leg. contendit.

51 Si mihi quæ quondam) ἀποσιώπησις hic latere visa, & mox *Olim-ardor* per hyphen, παλαιόκαυμα, vt docui Obseruat. lib. II. cap. 54. & *hebet* pro *habet* Ægidius Maserius Parisius leg. censuit.

66 - Sectantem quærere Colchos) idem Maserius *sic tandem quær. Colchos.*

69 Creditus ignaras ceteris quo vomere terras) Maserius legebat: *Triptolemi ignaras ceteris qui vom. terr.* quam lectionem eodem obseruat. libro amplector.

95 Comes exit in vndas) *in vmbras*, Sabellicus, cui assentior ibidem.

105 - manifesto in limine Fauni) *lumine*, Laur. Balbus reponit.

169 Permissum est pelagum) *pelagus* idem reponendum censet, Annot. IV.

206 Ignis & ascendit) *accendit* malim, vt lib. Obseruat. II. cap. 39. docui.

236 - quia ratis omina vincit) Leg. potius hîc censeo, *omnia*.

244 Non mihi Thessalici pietas) Laur. Liliensis, *impietas* reponebat.

285 Cœperat à gemina descendere Sestos Abydo) *discedere* Sabellic. & placet

302 *Vocibus his instare duci: Dodonida quercum*
Chaoniique vides famulam Iouis: æquora tecum Ingrediar--

Hoc ordine alij hos versus digerunt.

331 - Metuens Pontúmque Cretámque) Bapt. Egnatius modulo vltimæ vocis offensus, reponit *Cytamque*. Laur. Liliensis Annotat. VII. *ratémque*. Aliter Lud. Carrion, Brugensis, Equidem vulgatam tueor lib. II. Obseru. c. 39.

338 Non leuiore tholum) Ant. Sabellicus *pholum* legit.

356 Cretæus gemino) Ita Balbus Liliensis, non

non *Cleneus*, quem sequor Obseruat. lib. II. cap. 54. Ibidémque de *Enipeo* fl. ad versum 357. Carrio hic *Cristatus* reposuit.

365 Tænaron Euphemus.) *Polyphemus* hic est Apollonio, vt eodem obseruat. c. 30. docui.

377 Maluit Ancæos) *Anceon* leg. suadet ac persuadet in Annotat. VIII. Laur. Liliensis. Adr. Turnebus *Ancæo*, lib. XXII. Aduersarior. cap. 28. à quo dissentit Lud. Carrio. Supra paullo: *at frater plenior actis*, malim equidem *annis* substitui, lib. II. Obseruat. cap. 39. & 54.

400 Te quater ardenti) Bapt. Equatius, *Ter quater*.

412 Pelias inimissus) Sumptum ex Orpheo v. 194. Argonaut.

513 Coniugio videt è grata) *Graia* diuinabam leg. nec enim scriptum hic eod. videre contigit, Obseruat. lib. II. cap. 39.

535 Hic mihi cur varios) Laur. Balbus: *Hinc & eum varios*. Lud. Carrio. *Hæc mihi vt hinc varios*. Nos hæc ex Apollonio mutuatum esse Flaccum monemus lib. II. Obseru. cap. 54.

585 - huic in terras latúmque profundum) sic equidem legi malim, quàm *Latium*.

605 - nil me mea pectora tangunt) *pignora* mauult Sabellic. quem sequor lib. II. Obseru. cap. 57.

625 Non hiemem missósque) Quid si *iussósque* leges, vt in iisdem libris Obs. diuinabã.

685 - inscia priscum In nemus) Malim, *anxia*, vt eodem cap. Obseruat. monui.

708 Omnis equis, pl. cortina) *Cortyna* verius legi posse inibi affirmabam.

721 Nequicquam prole nepotes) *penates* placet Liliensi Annot. XI. vt & ver. proximo *Pontus auet*, non, *habet*. vide Obseruat. lib. II. cap. 39.

IN LIB. II. ARGONAVTIC.

7 Templáque Piseæ) *Tiseæ* Laur. Balbus reponit, ratione reddita in Annotat. At Turnebus ex Apollonio *Tisseæ*, lib. XIX. Aduersar. cap. 18. extremo.

30 Trux ille eiectat adesi) Sabellicus *eructat*, verius.

51 At non experti) Sic Carrion. Liliensis vero, *Annon*, in Annotationib.

74 Tuta domósque petunt raras) *raucas* Laur. Liliensis legit: Vide Annotat.

78 Tibi per varios defleta labores) bis cælo eiectum Vulcanum doceo Humanarum obseruat. lib. II. cap. 44.

93 Alternos ægro) Vide Turnebum lib. III. Aduersar. cap. 13.

104 Sidereos diffusa sinus) *simus*, alij habent.

149 Non fama, non arte) M. Ant. Sabellicus, *Non forma* reponendum censet, & sequ. ver. explicat doctiss. Turneb. lib. XII. cap. 18.

158 Quod patrium sæuire, dabis) *cibis* pro dabis Laur. Balbus legit, exponitque sequentia Turneb. lib. II. cap. 14.

137 His cruor in thalamis) *It cruor*, Sabellicus: qui & mox v. 288. *At fuga diuersas*: pro quo *Et* editur.

295 Pube domos?) *Puppe domos* idem M. Ant. Sabel. vt v. sequ. *credere* pro *reddere*.

372 Thespiades longis cœptis) *longus* legit Maserius, & seq. v. *Qui* Liliensis pro *Quem metus*.

466 - Cum fracta remurmurat vnda) Alij *seu* proferunt: Sabellic. *qua*.

478 Laomedonteos fugeret) *fregit*, idem M. Ant. Sabell.

481 - Et fluctus Ide mouentes) Maserius *venere mouentes*: at Liliensis *Idæa*: Consule Annotationes.

497 Auxerat hæc locus) *Hauserat* præfert Sabell.

574 Immolet, ereptaque luat) Alij, *lenet*, non *luat*.

LIB. III. ARGONAVTIC.

v. 4 Æneadæ) *AEnidæ* potius hic leg. in Annotat. Liliensis recte censet.

34 religant tonsas, velóque pronefon) Alij *velo Proconeson*.

141 Disiecit ceruice tenus) Sabell. *Desecuit*. Malim *Dissecuit*, à *Dissico*, voce prisca, de qua in Orthographia maiore Manutius: & in Cælianam Cicer. Dion. Lambinus.

144 Linquite ait *ferro*) Quidam *ferto*, alij *feretro* reponunt.

246 Quod si tanta Iouis feros) Sabell. Quod si Titanis feros dur. in ortus.

321 Natales rapuere domos) Illustrat locum Turnebus lib. XI. cap. 8.

330 Illam vix geminam] *gemino* Laur. Liliensis.

483 Tardior hinc cessante viro] hic malo, quam *Euro* legi.

506 -- insidias, æstúsque nouercæ) *astúsque* Liliensis. Mox etiam ibi: *Quum Ne meam tot fessa minis*, hærere sibi aquam fatetur. Rursus ibi: *Verum animis insiste tuis.*

539 -- & Eoi pericula regni) *spicula* Maserius: Lud. Carrion. *pocula*.

555 Hoc puero perfusa modo est) Liliensis sic: *pueris spes fusa modo est*. Vide Annot.

600 -- Herculeo sub nomine pendent) *pendet* Ægid. Maserius.

623 -- & dubiis variant qui pectora curis) Liliensis *quæ* reponit: vt in Annotat. legas. Lud. Carrion sic: *& dubiis quibus anxia pectora curis.*

638 -- sæuísque ferens fera iurgia dictis) *ferens* rectius Laur. Balbus Liliensis.

LIB. IIII. ARGONAVT.

v. 3 -- trepida grauis increpat ira) *trepidat*, reponit Liliensis: Consule Annotat.

214 Iampridem cæsta resides) idem Liliensis *cestus* mauult.

254 Dat famulis dat & ille Lacon) Laur. Balbus ita: *Dat & inde Lacon*, cuius Annot. legendæ.

294 - dum detonat ira) De hac voce disserui lib. XI. Obseruat. cap. 2.

300 Aduolat ora viri, nec spes effœta, sed ambo)

ambo) alij, *nec spes affecta.*

346 Illos Nile tuos) *tuis* placet eidem Liliensi, vt ad *gentib.* referatur. Vide Annot.

428 Insuper Hirphoides Harpyiæ iraque Tonantis) Laur. Liliensis in Annotat.

Insuper Harpyiæ Typhoides, ira Tonantis.

Maserius sic integrare tentauit versum antea:

Insuper hunt Typhonides Harpyie ira Tonantis.

vide & Lud. Carrion. Notas & Laur. Balbi.

475 Téque ait iniusti, quæ nunc premit, ira Tonantis) *premis*, idem Liliensis & sequ. v. *Parce, precor nostræ.* non *Ante precor.* Et v. 377. *Quid iuuenes,* non *Quod.*

645 Disiicere, aduersósque vident descendere montes) Ant. Sabellicus:

--aduersásque vident discedere. Lud. Carrio ita:

Diffugere, aduersósque vident descendere montes.

Quid si *Dissecere,* vt sup. lib. III. ver. 141

675 Æsonides, vel fallit, ait) Sabell. *vel fallor.* Carrio, *vel fallar, ait.*

686 Inde velut mixtis Vulcanius ardor arenis) Sabell. *mixtus,* & *ahenis.*

715 Littora, nec tantas) Turnebus explicat lib. XIX. Aduersar. cap. 2.

746 -- sæuis frater mihi lusus arenis) Laur. Balbus Liliensis, *fusus.*

LIB. V. VALERII FLACCI.

v. 40 Bina, nefas, toto pariter) *tuto* Sabellicus mauult.

51 -- nimium nunc anxia Colchis) *curis* pro *Colchis* Lilienfis edit & fequ.verfu *Profugit*: nam *Profuit*:cuius & Annotat.adito.

68 Ac velut ille gregis) Virgilianum eft Æneid. X. & XI. & id *Ille* emphafim habere docet G. Canterus lib. III. Nouarum cap.26.& fup.lib. III. Ille velut refugi &c.

76 -- hic Bacchus vt vndis) *his* pro *hic* Laur. Lilienfis in Annot.

100 Odryfium dux rite monet) *mouet*, idẽ Laur. legit & in Annotat.differit: Carrion vero, *Othryfius dum rite mouet*.

102 Altius in ventos recipit) M. Ant. Sabell. *cecidit*.

106 Gomnámque iugo) Lilienfis: *Gomnam, atque iugo*, in Annotat.etiam de *Erythia*.

137 -- Herculeæ mox vulnere prenfa fagittæ) *preffa* Sabellicus.

148 Inde Genetæi rupem Iouis, hinc Tibaremim) Explicat Angelus Politianus, & emendat lib. I. Epift. ad Pomponium lætum. Vide & Zenobij Adagium: *Lex & Regio*.

152 Moffy nocci, vos& ftabulis) *Moffyni* Lilienfis reponit, notáque in Annotat.

156 -- confurgens Caucafus arctes) Æfchylum vide & Sophoc. in Promethco vincto.

176 Et fimul ingentem) *ingentis* Lilienfis legit, vt ad *Alitis* pertineat.

205 Tunc tibi fœcundi) Turnebum lege lib. XI. Aduerfar. cap.8. vbi & duo proximè loca infequentia exponit: vt & illud *Omnituens*, ver.248.

252 Excubias

252 Excubias Gradiue tene) Virg. X. Æn. v.227. vigilas-ne Deûm gens Ænea? Vigila. *Mars vigila*. Turneb. lib. XI. cap. 8.

270 -- ipsam qui talib. ausis) Liliensis *quin*: Carrio, *quoque*. Et in sequ. *ferentem* Sabellicus, pro *serentem*.

337 -- circum stupefacta profundo) circum *stipata* Sabellic.

338 Fraternam mortem ante sequi) Ægid. Maserius sic legit:

Frater: &, amne sequi - natentes. Carrion verò:
Fratre tamen conante sequi -

364 -- magníque sedere labores) Liliensis, *dedere* reponit.

404 -- Phœbi genitoris ad aras) Explicat Turneb. lib. XVII. Aduers. cap. 6. extremo.

439 - & torto ratis vna profundo) *toto*, Sabel.

461 Distulerunt, sed bellator tum Phrontis & Argus) Bapt. Pius:

- *sed bella Cytorit*. Carrio: *sed bella toros, tum Phr. & Argus*.

497 -- quódque ante secuti) Carrion & Liliensis, *quótque*. Hic & in seq. consule Annotat.

519 -- atque tuis quantum mitescat arenis) *habenis* Liliensis.

595 -- vide lata comantem) idem Liliensis, *viden alta comentem*.

663 -- nec fœdera reges Vlla sequi Lilien. *regis*.

LIB. VI.

v.50 Cuncta phalanx insigne Iouis) Turnebus explicat lib. XXIX. cap. 21.

71 Omine fatidicæ Phryrus) Turnebus ibidem.

122 Quas Sotaces) Carrio *Otaces*, vt è superiori voce repetita sit littera. Ibidémque *& raptor agnorum* legendum diuinaui pro illo edito *amorum* Obseruationum humanarum lib. 2, cap. 37.

125 Argus, & incœptus) Sabellicus, *Angor*, reponit pro *Argus*. *Arcus* vero Liliensis propius ad vulgarem scripturam *Argus*. Insequenti rursum versu *ductus* pro *dictus*, idem Antonius Sabell. rectius iudicabat. Adi Balbi Annotat.

131 Cessæque manus) Vide quę notabam lib. II. Obseruat. human. cap. 39. è Parœmia Zenobij: *Lex & regio*.

133 -- patulo vaga vincula Cyro) *gyro* Maserius præferebat.

163 -- frenator Sarmata conti) Sabellicus *canthi*.

227 Tenuia non illum candentis carbasa Nili) Maserius *villi*. Carrion & Liliensis *lini*.

263 Ante manu tacita) sic & Carrio. *Arte, manu* Sabellicus.

336 -- nunquam has hyemes, hæc Saxa relinquat) Carrio *relinquant*. Liliensis, *relinquam*, quem adi.

378 Inque labantis equi tendentem frena Enhippen) Lud. Carrio edidit:

Illabentis equi tend. frena & Henippen.

Maserius *Nehippen*, Laur. Balbus Liliensis *Menippen* leg. contendunt in Annotat.

440 Virgine, nocturnis qua nulla potentior aris) Forte, *herbis* verius.

447 Quamuis Atracio) Legendus Turnebus lib. VI. Aduersar. cap. 10.

523 -- corporáque atris sternit equis, gemitúsque premit spirantia cerui) In Annotat. Laur. Liliensis legit: -- *corporáque altis Sternis equis genibúsque pr. spern. cerui.*

534 - ínque Dei latuit terrore Lycæi) De Panico terrore exponit Ang. Politianus Miscellaneorum cap. XXVIII. & sup. lib. III. Argonautic. & in Adagijs Erasm.

689 Téque Caice petit) Turnebus explicat lib. XXI. Aduers. cap. 17. & lib. XXIX. cap. 25.

700 Ad viridē gemmis) *Ac* reponit Liliēsis.

748 Ille super socias dementi turbine) *Clementi* Carrio & Liliensis.

LIB. VII. ARGONAVTICΩN.

v. 83 Non ita Tyrrhenus stupet magis Ionus alto) Ægidius Maserius legit in Comment.

Non ita Tyrrhenus nautes stupet Ionio alto.

Liliensis vero etiam in Annotationibus

Non ita Tyrrhenus stupeat maris inscius alto.

At Lud. Carrio:

Non ita Tyrrhenus stupet Ioniúsque magister
Qui portus Tiberine tuos, claramque serena Arce Pharon, &c.

138 Aut redeat) Carrio *At* Liliensis *Vt redeat*: cuius etiam adito Annotationes.

183 -- nec me ætati quin audeat opto) Sabellic. *nec me AEetus quin audiat opto*. Carrio: *ne impediat nunc acta time.*

186 Amplexúque peti) Idem Sabell. *Amplexumque pati.*

200 Quidue tuos virgo possum) *Quidue tuos v.p.* ita Laur. Liliensis.

254 -- & funalia figit) Maserius & Carrio *furialia.*

274 Ne mea totque animas) *Nunc mea* Sabellicus.

345 Tunc poteráſque iſtis) *Tunc pater atque iſtis iuuenem*, ſic Lilienſis, cuius adi Annotat.

374 Dat dextram, blandéque pauens vocem Venus, & quam) *atque* Lilienſis pro; *& quam*, in Annot. Carrio ſic: *Dat dextram, vocémque Venus, blandéque pauentem Alloquijs.*

489 Tunc ait, Æſonidem) *Tun' ait*: Maſerius: *Túne* Lud. Carrio.

549 Tuæ tuum partim) Maſerius: *Túque tuum partim.* Carrio vero, *parti.* Lege hic & in ſequ. Lilienſis Annotat.

557 Dicta dedit, ſæuúſque procul) *ſæuíſque* Carrio, Lilienſis *ſæuoſque.*

604 Non ſecus ac medio quam ſi) Carrio: *Non aliter medio.* Lilienſis vero: *quam cum telluris hiatu.*

622 Sufficit ac diræ) *ad diræ*, Lilienſis & Carrio.

628 -- duces clamore tubæque) clamórque tubæque, Carr. & Lilienſis.

635 -- Bellona comatos) *comanos* Maſerius reponit.

LIB. VIII. ARGONAVTICON.

V. 6. Vltima virgineis) Explicat Turnebus lib.

lib.XXIII.cap.5.& lib.XXIX.cap.4.

23 -- Coniux ferit irritus Isthmo]Laur.Liliensis,*furit*,reddita in Annotat.ratione.

32 Ecce autẽ pauidæ] Turneb.lib. XXIII. cap.5.Et in seq.versum idem lib.29.c.4.

61 Aspicis] Turnebus ibidem cap.4. lib. XXIX.

88 Iamque aliæ cecidere iubæ)ibidem explicat Turneb.

157 -- & nostris, siquid super, accipe templis) pro *superest*: vt & infr.v.436.

Nec spes vlla super. Et Virgil. vt notat Turneb.lib.XXIII.cap.5.

164 Errantésque genæ)Turneb.ibidem.

185 Haud procul hinc ingens)Turneb.lib. XVIII.cap.5.

203 Hæserat,auratæ genibus) Idem Turn. lib.XIX.cap.2.

211 -- ipsi quoque murmure ponti)Maserius & Carrio,*murmura*.

213 Ad feras si quando dapes)Turneb.lib. XXVII.cap.1.vbi & alterum mox versum 226. exponit.

219 In freta per sæuos Ister descendit alumnos)*Alanos*,reponit Maserius.

224 Ipsa autem inuitæ)Liliensis in Annotat.leg.contendit.*Ipse autem*.

235 Induit, ipsa suam) Turneb. legendus lib.XXIX.Aduersar.cap.4.

263 -- Dirámque premeus clamore sororem) Quid hic *premere* sic dicit Turnebus ibidem.

281 Quin omnes alti) Ita Carrion.Lilien-

ſis tamen *alto*. Et mox 308. Æquora non vna. Hic *vana* legit. Et 319. Haud ita ſed ſummo: *nec ſummo* reponit.

365 Nulla poteſt, aut illa velit] Lilienſis, *aut vlla velit*. Et infra 389. externa pro virgine clau ſa) *cladi* idem legit: quod cum *Obyciat* reſpondet melius.

394 -- id tempus enim, ſat vellera Graiis) Lilienſis, *It tempus*. & Maſerius *vellere*.

397 --- prima hæc committet Erinnys) *committat*, idem Lilienſis & Turneb. lib. XXIII. cap 5.

436 Nec ſpes vlla ſuper) pro *ſupereſt*, vt ſupra v. 157. ex Turnebo ibidem.

LAVREN-

LAVRENTIVS BALBVS LILIENSIS DOMINO D. PETRO ALERMA BVRGENSI, CELEberrimæ Complutensis Academiæ Cancellario dignissimo, Atque diuorum Iusti & Pastoris Ecclesiæ, Abbati meritissimo, S. P.

ECCE tibi annotationes nostræ obstrepentes accedunt, rudes quidem & impolitæ, vt quę nobis velut informis vrsæ fœtus exciderint. Quibus labendo effigiandis, ne vnius quidem horæ interspiratio mihi fuerit. at scio non continuo defuturos vitilitigatores, sed complures in me ὡς ἐπὶ γλαῦκα τὰ ὄρνεα impetum facturos: quoniam sunt multi, tam inhumano prauóque ingenio, vt, ante quam has nostras viderint lucubrationes, damnauerint, carpserint, & adunco naso suspēderint, cælibes videlicet, sine talionis metu alienas vxores corrumpentes. Qui cum nihil ex se gignere queāt, magnam sibi gloriam credunt aucupari, si clanculum inter ipsorum similes studiosorum labores suggillent. Verũ hos tanquam Melitæos catellos vestimentorum infimas lacinias, vt quę superiora contingere nequeant, lancinātes, despicere cōstitui,

Ea enim patientia obcallere destinaui, vt ne acerrimos quidem, nedum leiusculos oblatrantium morsus admittam. nihil enim vnquam egregium pariet, qui blateratorum aculeos formidauerit. Quoniam fortes egregiósque conatus nunquam non momus insequitur. At qui candido integróque iudicio pronunciare volent, censebunt profecto nos indignos, qui vel leuissime, si nostrum munus implere nequiuerimus, reprehendamur, sciẽtes ad hoc opus, non tam sponte & scribendi libidine, quam necessario, & coactos accessisse, fuisséque hæc nostra temporis potius furta, quam studia: atque hoc totum fere opusculum in lectulo iacentes, nec mediocri febre cõplicitos elaborasse, & sic plura fortasse præstitisse, quam *Bartholomæum Fontium*, quam *Benedictum Philologum*, qui cum summam, vt ipsi credebant, curam diligentiámque huic operi castigando adhibuissent, non ipsum modò poema corruptissimum reliquere, verum & Argonautarum catalogon, quod pudendum est, ex Apollonio, atque Orpheo non intelligẽtes, nomina appellatiua pro propriis interdum posuere, quod authores Græcos legenti facile constabit. Taxabũt me aliquid pressius, & adstrictius, nullóque sermonis lepore hæc condidisse, quo lectoribus delicatis materia alioqui ingrata lenocinaretur. At mihi, quamuis fuisset consilium hæc hilarius, exultantius, & luxuriosius componere, tamen nec ocium, nec tempus suppetisse asseuerabo, satisq; fuisse dicam qualicunque Minerua in tam iniquo

temporis

temporis curriculo exaraſſe contendam, cum cum præſertim res ipſa leuior ſit, & quæ contenta doceri, vt cum Manilio loquar, ornatum aſpernetur, nullámque admittat facũdiam. Alij hinc maledicẽdi ſument occaſionem, quòd citauerim multos, quorum opera non extent, ſcriptores, ſed quos ab interpretibus Apollonij, Pindari, multorúmque aliorum citatos viderim. His ego Ianum Parrhaſium virum ſanè eruditiſſimum, alióſque permultos opponam, qui id priores fecerunt. meque faſtidioſi & perdelicati lectorum ſtomachi rationem habuiſſe dicam, qui non mediocriter offenderentur, ſi quoties cuiuſpiam id genus authorum teſtimonium aduocarem, interpretem etiam, à quo citatur, appellarem. Admodum pauca nonnulli dicent eſſe, quibus inter omnia, quæ adnotaui, ſine formidine auſint lectores accedere. at ego ſatis mihi fuiſſe ſi ex ſeptuaginta circiter locis, quatuor aut quinque, vel ſi hoc nimium eſt & immodicum, vnum, & alterum, ita docti comprobarint, vt nullus contentioni locus relinquatur, nec etiam parum eſt, in tantis tenebris, vel duobus locis candorem ſuum reddere, nam ſi vel tantulo auxilio, multi ex ſtudioſis Valerio opitularentur, fieret fortaſſe, vt propediem non vulneris modo nullius, ſed ne cicatricis quidẽ vllum reliquum eſſet veſtigium. Crebro enim iactu, vt dicitur, iacitur aliquãdo Venus. Quare maleuolorum nugas, ineptiaſque vere dixerim ineptiſſimas, qui aut odio, aut inuidia & liuore obcæcati nulli non detrahunt, facile

contemnens, tui modo iudicij calculum expectabo: qui si mihi adiectus fuerit, quicquid alij garriant, velut è portu securus aspectans despicabor. Vale omnium bonarum literarum decus, nostrique sæculi ornamentum clarissimum.

ELOGIVM DE LAVR. BALBO LILIENSI ALFONSI Matamori lib. De doctis Hispaniæ viris. Tom. II. Hispaniæ illustratæ.

LAVRENTIVS BALBVS Liliensis, vt ingenio præstans, ita ingenio fuit vberiore. Commentarios perquam eruditos in VALERIVM FLACCVM conscripsit, testes certè eruditionis singularis & memoriæ stabilis ac firmæ, quæ plurimum in eo viro eminuisse dicitur: sed linguæ Græcę cognitione (cuius fuit sine controuersiá doctissimus) auctoritatem sibi maiorem & ingenij commendationem est consecutus.

Ex Biblioth. Hispaniæ And. Schotti Antuerp.

LAurentius Balbus cognomine Liliensis, in ipsa nascentis Academiæ Complutensis infantia, Demetrij Cretensis (cuius exstat de raptu Helenæ poemation Græcis versib. Heroicis) & Ferdinãdi Prutiani assiduus auditor fuit. Hoc Salmanticam euocato, vna cum PetroMottą Poeticã docuit, carmen ipse pange-

re non infeliciter solitus, Gręcarúmque litterarum in paucis peritus. *Q. itaque Curtiū Rufum* de reb. Alexandri Magni ad Aldinū exemplar componere anno eius seculi XXIV. supra millesimum & quingentesimum ingressus, post *et. ā Valerij Flacci Balbi Argonautica* cum Apollonio Rhodio cōmittere eo ipso tēpore ausus post Sabellicum ac Maserium, à quib. sæpenumero discedit, *Annotationes* dedit, testes eruditionis, & qua valuit plurimū, memoriæ singularis. Edidit & sua in Val. Flaccū in Belgio, illis non visis Ludou. Carrio, Brugensis, Hispano & ipso patre natus. Iuuenis ille admodum in ætatis exstinctus est flore, an amoris telo, an nimis lucubrando, incertum, certe morte prę-reptum immatura luxit Academia, qui & insolenti opponi Italiæ potuisset: --- *& ni mors sæua fuisset Rumperéq; immanes properassent fila sorores, Aeterna foret, hic fama super æthera natus.*

ARGONAVTICÆ EXPEDITIONIS HISTORIA A LAVRENTIO Balbo Liliensi è variis scriptoribus excerpta.

Iasonis & Phrixi Genealogia.

QVATVOR fuerunt Deucaliones, vnus Minois filius, de quo Pherecydes. alter de quo Hellanicus. tertius Abantis filius, de quo Aristippus in Arcadicis mentionem facit. Quartus verò omnium antiquissimus ex Prometheo Iapeti filio, & Pandora natus, vt scri-

bit Hesiodus. qui primus Apollonio teste, vrbes condidit, & ædes deorum construxit, primúsque omnium mortalium regnauit. Is Pyrrham Epimethei filiam vxorem duxit, vt testatur Hesiodus in primo catalogon, de cuius nomine tota Thessalia Pyrrha fuit dicta, si Rhiano poetæ Græco fides habenda est dicenti,

πύῤῥαν δ' ἤ ποτε τήν γε παλαιότεροι καλέεσκον,
πύῤῥης δευκαλίωνος ἀπ' ἀρχαίης ἀλόχοιο.

i. Accipimus priscis hanc Pyrrham nomine dictam
Antiqua antiqui de coniuge Deucalionis.

vnde etiam qui ex Deucalionis genere fuerunt, Thessaliæ regnum tenuere, vt scribunt Hesiodus, & Hecatæus. Ex Deucalione natus est *Hellen*, ex hoc Æolus, qui ventorum rationes inuenisse dicitur, vt tradit Plinius VII. Naturalis historiæ libro. Ab aliis tamen alius existimatur, quibus magis accedo. Tres enim fuerunt Æoli, vnus, qui in insulis à se denominatis regnauit, atque ex earum fumo ventorum rationes deprehendit: Alter qui in Hetruria regnauit. Cuius filij fuerunt Macareus & Canace: tertius verò hic Hellenis filius. Cui tres fuerunt liberi, *Cretheus, Athamas, & Salmoneus.* & Crethei quidem filius fuit *AEson* Iasonis pater. Salmonei autem filia fuit Tyro, quæ prius Cretheo patruo nupta, *AEsonem* eum, quem Iasonis patrem diximus, *Pheretemque* Admeti patrem, & *Amythaonem* peperit, ex quo & Dorippe natus est Melampus vates, vt scribit Derchidas. Postea à Neptuno verso in

Enipei

Enipei fluuij, quem ille amabat, formã, comprehensa, Neleum Nestoris patrem, Peliámque Thessaliæ regem edidit. *Athamas* vero ex priori vxore, quæ Nephele dicta est, duos sustulit filios, Phrixum & Hellen. secundum Herodorum plures, qui ait, cum ex Themisto genuisse Scheneum, Erythriõ, Leuconem, Pœũ, vltimósque omnium Phrixum & Hellen. ex posteriore verò Melicertam & Learchum filios, filiámque Eurycliam habuit.

De Athamante.

Athamas priori vxore ex viuis sublata, Ino Cadmi & Harmoniæ filiam duxit vxorem, cuius insidiis parum abfuit quin priuigni occiderentur. Illa enim nouercali odio mariti liberos insectata, persuasit indigenarum vxoribus, vt semina coquerent. Cumque sequenti anno semẽ coctum fructus speratos non suppeditaret, Athamas ad Delphicum Pythici Apollinis oraculum sacerdotes misit, qui de eius mali remedio deum cõsulerent, verum ab eadem corrupti Athamantis filios ad placandos deos sacrificari, Apollinẽ postulare nunciauerunt. Cumque ij omnibus iam ad sacrificiũ necessariis rebus paratis, ad aras mactandi admouerentur, Nephele mater superinducta nube eos eripuit, arietémque aureo vellere conspicuum dedit, cui insidentes à nouercæ insidiis euaderent, sed cum fugientes pontum transfretarent, Helle muliebri pauorẽ perculsa in mare decidit, atque vndis submersa ponto nomen indidit. Phrixus vero in

Colchos se contulit, atque ibi arietem Mercurij consilio, vt Apollonius scribit, Ioui Phyxio sacrificauit. Æetæque regis filiam duxit vxorem, quam ex Græcis Herodorus, & Apollonius, ex Latinis Ouidius & Valerius *Chalciopen* vocant. Acusilaus verò & Hesiodus *ἐν ταῖς μεγάλαις ἠοίαις* (operis nomen est) *Iophossam* appellant. Pherecydes in sexto Eueniam scribit vocatam, fuisse autem ei cognomentum Chalciopæ & Ophiusæ. ex ea Phrixus quatuor sustulit liberos, Argum, Phrontim, Melana, & Cithisoron, quem Ephorus Cythorum appellat, addit & quintum Epimenides Presbonem nomine.

De Phrixi nouerca.

Causam nouercæ in mariti filios odij, alij aliter referunt. dicunt enim, eo quòd Phrixus illicitum infandúmque nouercæ amoré spreuerit, ab ea apud patrem incesti tẽtati insimulatum. de nomine tam matris quàm nouercæ eorũ mira est, & prope ridicula apud scriptores Græcos differentia. plures dicunt *Nephelen* matrem fuisse, *Ino* autem nouercam. Sophocles in Athamante *Nephelen* autumat vocatam nouercam; Hippias *Gorgopin*; Pherecydes *Themisto*, Pindarus in hymnis *Demoticen*.

De Ariete aureo.

Arietem hunc, de quo tam multa Greci fabulantur, multi aureum vellus habuisse narrãt, quos secutus est Orpheus, & Apollonius, qui Mercurij contactu aureum dicit effectum lib.

se. u1-

secundo. Simonides verò album interdum, interdum purpureum fuisse dicit. Acusilaus ex mari purpureo infectum colore asserit. Apollonius vocem humanam habuisse scribit,

-ἀλλὰ ἢ αὐδὴν ἀνδρομέην προέθηκε καλὸν τέρας. *-vocémque virilem Formosum emisit monstrum.* quod & Hecatæus affirmat. Sunt qui dicant, hoc ideo fictum, quia Phrixus in nauicula, arietis figuram in prora habenti, nauigauit. Dionysius verò Mitylenæus, *crion,* (quod nomen apud Græcos *arietem* significat) Phrixi pædagogum fuisse, atque cum ipso ad Colchos nauigasse; vnde ea omnia ficta esse narrat.

De Iasonis parentibus.

Iasonem omnes ex *Aesone* genitum affirmāt. De eius matre non vsque adeo inter scriptores conuenit. Apollonius, & Valerius *Alcymeden* Clymenes filiam fuisse scribunt: Stesichorus *Eteoclymenen*; Pherecydes *Alcymeden* Phylaci filiam, Herodorus *Polyphemen* Autolyci. Andron in abbreuiatione τῶν συγγενειῶν *Theogniten* Laodici filiam Iasonis matrem fuisse autumat. Natus est autem ex his duobus solus Iason, vt sentit Apollon. Ibycus filiam etiam eis dicit fuisse *Hippolyten* nomine. Diodorus, etiam filiū alterum *Promachum* appellatum. Fuit autē Iason à Chirone Cētauro educatus, à quo etiā Medicinæ artē didicit, vnde *Iason* est appellatus. Pindarus, φὴρ δέ με θεῖος Ἰάσονα κικλήσκων προσηύδα: vbi interpres, παρὰ τὸ ἰᾶσιν vocatū dicit,

quod etiam Apollonij Commentarius confirmat.

De Pelia Rege.

Pelias, vt vidimus, Neptuni ex Tyro Salmonei filius, magnam Thessaliæ partem ditione tenuit. Filium habuit *Acastum*, qui Argonautas comitatus est, secundum Apolloniũ & Valerium. Orpheus nullam de Acasto mẽtionem facit. Diodorus quoque in V. masculis filijs Peliam caruisse scribit. Filias habuit *Alcestim, Amphinomen, & Euadnen*, de quibus idẽ eodem libro. Habuit & *Pelopeam*, de qua Apollonius in I. Is cum sortem accepisset, se illius manibus moriturum, quem altero pede nudo ad se venientem vidisset, omnibúsque diis, Iunone excepta, solemnia forte sacra faceret, Iason ad sacra festinans, Iunonem deam sub vetulæ speciem in Anauri ripa inuenit, quæ se quidem transire in vlteriorem torrẽtis ripam velle, timere tamen simulabat. Eam Iason humeris acceptam transuexit, altero calceo sub torrentis cæno relicto, sicque ad Peliã se contulit. Quem cum rex vidisset oraculi memor, animo cogitare cœpit, quo pacto mortem illi moliretur. Cumque intelligeret nullam ea tempestate rem esse maioris periculi, quã vellus aureum, quod in templo Martis apud Colchos erat, nepoti persuasit, vt ad id rapiendum eo proficisceretur, auxilium opésque suas pollicitus. Cui cum Iason assensisset, nauem iussit fabricari gracilibus clauis, vt scribit Timagetus, quo citissime dissolueretur, omnésque in mari

mari perderet. Cæterùm architectus contrarium fecit, cuius rei fide accepta Acastus cum Argonautis nauigauit. Alij tamen dicunt Mineruæ industria ab Argo Arestoris filio compaginatam, eique nauis resarciendæ prouinciam iniunctam, atque de ipsius nomine *Argo* fuisse dictam. Pherecydes tamē ab Argo Phrixi filio vocatam fuisse dicit, alij à velocitate. Fuit autem vocalis & fatidica. nam Minerua lignum in ea ex quercu Dodonea fixit, vt Apollonius lib. I. fabulatur. Postea hæc nauis ob memoriam inter sidera collata dicitur.

De Argonautarum profectione.

Iason principum Græciæ iuuentute collecta, ipse omniū dux, vt Apollonius, Orpheus, & Valerius testantur, (quamuis Diodorus aliter) nauigare cœpit, soluens ex Pagasis, quod Magnesiæ est promontorium, dictum ἀπὸ τῆ ἐκεῖ πεπῆχθαι τὴν ἀργώ. Demetrio vero Scepsio, ab eo quòd multis fontibus irrigatur. Atque ad Lemnon primum applicuit, vbi paulo ante Lemniæ mulieres viros omnes, (præter Thoantem regem, à quo Hypsipyle filia manus abstinuerat) internecione sustulerant, eo quòd illi vxores auersati, vt ab eis discederent, bellum Thracibus intulerant, quia pessimum earum odorem à Venere iniectum ferre non possent. Myrtilus tamen secundo Lesbiacorū aliter. Scribit enim Medeam, cum iuxta Lemnon Argonautæ à Colchide redeuntes nauigarent, præ zelotypia venenum in Lemnon iecisse, quo Lemniis fœminis grauissimus atq;

intolerandus est iniectus odor. Argonautæ igitur ad insulam appulsi, passim cum fœminis coierunt, benigne ab illis accepti, vt Herodorus, Apollonius, Orpheus, & Valerius scribunt. Æschylus tamen in Hypsipyle, eas in armis egressas Argonautas accessu prohibuisse scribit, quoad illi iureiurando fidem fecerunt, se cum eis coituros. Sophocles etiam in Lemniis, prælium graue inter vtrosque commissum scribit: quos secutus videtur Papinius in Thebaide. Ibi cum Argonautæ delitiis & voluptati vacantes, moræ aliquantum traxissent, ab Hercule increpiti ad Samothraciam nauigarunt, vbi Cabiris, vt diximus, sunt initiati. Inde profecti, cum ad Troiam appulissent, Hercules Laomedontis filiam *Hesionen* monstro obiectam liberauit, vt & Valerius, & Diodorus affirmant. Apollonius, & Orpheus, nullam eius rei mentiotem faciunt. Inde nauigantes ad Cyzicum peruenerunt.

De Cyzico & eius morte.

Erat autem *Cyzicus* à Thessalis oriundus. Fuit enim ex Æneo Apollonis & Stilbes filio natus, qui relicta Thessalia, vbi fuerat ortus, in Hellespontum se contulit, atque ibi regnauit, & *Aenetem* Eufori Thraciæ regis filiam vxorem duxit, ex qua Cyzicum genuit, qui Dolionum tenuit imperium in Isthmo & Chersoneso, quæ est in Propontide, iuxta quam mons est *Arctos* nomine, quem semiferi & horrendi gigantes ex terra geniti incolebant,

bant, quos etiam Thessalos dicit fuisse Deilochus. Apollonius verò in Herculis perniciem à Iunone fabulosè scribit creatos. Fabulæ à leone Nemæo genitos volunt. Polygnostus verò prædones eos fuisse scribit. Hi assiduè cum Cyzicenis bellum gerebant. Cyzicus igitur, cum Argonautas sibi cognatione coniunctos didicisset, eos benignissime suscepit hospitio. cúmque à Cyzico digressi essent Argonautæ, proxima nocte tempestate acti, eodem reuersi sunt, quos Cyziceni hostes cum crederent, aduersus eos egressi pæne internecione sublati sunt, inter quos ipse Cyzicus ab Iasone est interemptus, vt & Apollonius, & Valerius scribunt. Orpheus ab Hercule, alij à Dioscuris. Erat Cyzici vxor *Clite* nomine, Meropis Percosij Pityeæ regis filia, vt narrant Deilochus, & Ephorus, quæ cum virum extinctum videret, doloris impatiens suspendio vitam finiuit, vt & Apollonius libro I. & Orpheus in Argonauticis, & Euanthes, & Deilochus scribunt.

De Hercule ab Argonautis relicto.

Hinc Argonautæ iustis Cyzico solutis, ad Myziam nauigarunt, vbi Hylas aquatum egressus, vt diximus, in fontem decidit, quem cum Hercules inquirendo totum montem perlustrasset, diúque expectatus non rediisset, Argonautæ moræ diutinæ impatientes relicto eo vela fecerunt, vt & Apollonius, & Valerius scribunt. Dionysius tamen Mi-

tylenæus ad Colchos vſque cum Argonautis nauigaſſe affirmat. Idem etiam Demaratus, quod & Diodorus affirmare videtur. Heſiodus verò in Ceicis nuptiis in Magneſia relictum ſcribit. Antimachus in Lyde, eo quòd ipſius onere nauem grauatam ſubmergendam timebant, relictum ait. quod & Poſidippus, & Pherecydes dicunt. Ephorus ipſum ſua ſponte apud Omphalen Lydiæ reginam manſiſſe teſtatur.

De Phineo.

Argonautæ verò ad Bithyniam appulerunt, vbi Pollux Amycum regem cæſtibus victum obtruncauit. Hinc nauigantes ad Phinæum regem peruenerunt, Agenoris ſecundum Hellanicum filium, at Heſiodo, Aſclepiade, Antimacho, & Pherecyde teſtantibus, Phœnicis & Caſſiopeæ. Hunc quidam in Paphlagonia, alij in Salmydeſſo Thraciæ regnaſſe ſcribunt, quem Boreæ filij Zetes & Calais ab Harpyiis, vt vidimus, liberarunt, de quo, quia multa apud Latinos inuenies, non plura verba faciam.

De morte Idmonis & Tiphyos.

Ab eo digreſsi, Cyaneas petras, quas & ſymplegadas vocant, non ſine periculo tranſierũt columba duce, vt ſcribit Aſclepiades, & Ouidius in Ibi tangit. Inde ad Mariandyniam venerunt, vbi Lycus Daſcyli filius regnabat, qui Argonautas libentiſsime ſuſcepit hoſpitio, & quòd à Græcis patrem ſuum Pelopem hono-

honoratum ſciebat,& quod Pollux Amycum Priolæ fratris occiſorem interfecerat. Hic *Idmon* vates Phœbi filius, aut verius Abantis, diem obiit ab apro vulneratus, vt Nymphis in Heraclea,& Promatidas,atque Herodorus teſtantur, qui eum in Heracleæ foro ſepultum ſcribit. Hic etiam obiit Tiphys nauis gubernator,vt Apollonius, Nymphis, & Orpheus, atque Valerius ſcribunt.Herodorus vero non euntibus, ſed redeuntibus Argonautis mortuum ait.Hic nauis gubernandæ munus mandatum eſt *Ancæo* Neptuni & Aſtypalææ filio, vt inquit Simonides , atteſtantibus Apollonio,atque Orpheo:Theotimus *Euphemum* Neptuni & Mecionices filium ; Herodorus vero *Erginum* poſt Tiphyos obitum nauem gubernaſſe ſcribit, quem ſecutus videtur Valerius. Quod fuit in cauſa, vt & Apollonius, & Valerius, in gubernationis petitione horum omnium meminerint. Defunctis heroibus ſolutis exequiis, ſecundo vento per varia loca ad Colchos appulerunt. & quia multa hic de Æeta,atque eius filiis dicuntur,non erit abs re, dum modo non ſit lectoribus faſtidio, nonnulla de iis,quæ varie ab authoribus traduntur,ſtrictim breuiterque narrare. Non enim ad huius poetæ modo carmina intelligenda, verum ad alios etiam maximum parient emolumentum.

De Aeeta Colchorum rege.

Diodorus in quinto,& Dionyſius Mileſius in primo τῶν ἀργοναυτικῶν,ſcribunt Solem duos

habuisse filios *Aeetam & Perseum*, quem alij *Persen* vocant, ac Æetam quidem in Colchide & Mæotide; Perseum vero in Taurica regnasse, atque ex indigenis fœminam quandam duxisse vxorem, ex qua *Hecaten* susceperit. quæ cum venationis, plusquam muliebrem sexum decebat, esset studiosa, dum in lustris ac montibus diu versatur, herbas inuenit complures, præsentanei multas atque efficacissimi veneni, multas etiam saluberrimas. Sed cum natura immitis esset atque crudelis, primum veneno patrem Perseum sustulit, & ad Æetam patruum confugit. cui nupta Circen & Medeam genuit. Epimenides Corinthium genere fuisse tradit Æetam, Sole patre atque Ephyre matre natum. Diophanes vero libro Ponticarum historiarum primo, ex Sole & Antiope genitum affirmat, cui etiam subscribit Eumelus quidam poeta historicus, vt ex eius carminibus, quæ subiiciam, intelligi potest.

Ἀλλ' ὅτε δὴ δ' αἰήτης καὶ ἀλωεὺς ἐξεγένοντο
Ἠελίου καὶ ἀντιόπης, τότε δ' ἄνδιχα χώρην
Δάσσατο παισὶν ἑοῖς ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱός·
Ἣν μὲν ἔχ' ἀσωπός, ταύτην πόρε δίῳ ἀλωεῖ.
Τὴν δ' ἐφύρην κτεάτεσσ' αἰήτῃ δῶκεν ἅπασαν.
Αἰήτης δ' ἄρ' ἑκὼν βούνῳ παρέδωκε φυλάσσειν,
Εἰσόκεν αὐτὸς ἵκοιτ', ἢ ἐξ αὐτοῖό τις ἄλλος,
Ἢ παῖς, ἢ δ' υἱωνός, ὁ δ' ἵκετο κολχίδα γαῖαν.

Natus vbi Aeetas & Aloeus sanguine Phœbi
Pulchræque Antiopes, regionem rite suis tunc
Diuisit natis Phœbus. donauit Aloei
Quam pater Asopus nitidis circunfluit vndis.
Ast Ephyren dedit Aeetæ, quam sponte reliquit

Buno

Buno Mercurij seruandam, dum ipse rediret,
Aut aliquis, natusue neposue, aut sanguine tandem
Iunctus. at ipse quidem concessit Colchida terram.

Is cum sortem accepisset, se tunc peritur\u0169, cum externi homines nauigio ad Colchos vecti vellus aureum sustulissent, effera crudelitate se hospites sacrificare ost\u0113tauit, vt diuulgata tantæ immanitatis fama, externi omnes ab accessu auerter\u0113tur. Lucum eti\u00e3, in quo vellus aure\u0169 erat suspensum, muro circundedit: quæ & multa alia, quia vulgatissima sunt, consulto prætermitto. postea dem\u0169, cum Medeam fili\u00e3 cum Iasone rapto vellere comperisset aufugere, illos cum magnis copiis frustra est insecutus, nihil enim perfecit, vt vult Apollonius. Dionysius Milesius scribit eum Argonautas consecutum, atque Iphim Eurysthei fratrem interfecisse. Diodorus à Meleagro testatur occisum. Valerius aliud innuit.

De Aeeta filiis.

De filiis quos Æetas genuit, non adeo inter scriptores c\u014duenit, ideoq; breuiter de vno quoque sigillati\u0169, vt poscet ordo, dicemus. Diodor⁹ vt superius narrauimus, vxor\u0113 scribit habuisse *Hecaten* Persę filiam, quam alij Iouis dicunt esse. Hesiodus Persę & Asterię Orpheus Cereris,

Καὶ τότε δὴ Δηὼ Ἑκάτην δ' ἤνεικε τέκεν εὐπατέρειαν.

Aetheredsque Ceres Hecaten emisit in auras.

Bacchylides nocte genitam fabulatur. Ἑκάτα δαδοφόρε νυκτὸς μεγαλοκόλπου θύγατερ. Pherecydes ex Aristæo natam. Musæus Iouem ait Asteriam compressisse, & ex se grauid\u00e3 Perseo tradidisse, quæ postea Hecaten peperit, vnde

credita est Persei filia, ex hac Circen & Medeam natas Æetæ scribit Dionysius Milesius. Diodorus filium etiam, quem alij *Absyrtum*, ipse, atque ex nostris Pacuuius *Ægialeum* vocat. Alij etiam multi *Chalciopen* addunt, de qua dictum est. Hesiodus Solis filiam Æetæque sororem, non filiam fuisse *Circen* scribit in Theogonia. Eiusdem est Apollonius opinionis, qui cum in tertio ab Apolline patre raptam, & in Italiam curru paterno vectam canit. Et in quarto Perses & Solis filiam vocat. Orpheus etiam Apollinis & Asteropes filiam dicit. de cuius nomine κιρκαῖον πεδίον vocatum scribit Timæus. Cuius etiam facit mentionem Apollonius. quin & de Æetæ regis vxore, non parua est dissensio. nam cum multi Hecaten dicant, Apollonius eum *Asterodiam* Caucasiam Nympham duxisse, deinde *Idyiam* Oceani & Tethyos filiam. Sophocles *Neæram* Nereidum vnam. Hesiodus in Theogonia *Idyiam*. Qui Naupactica composuit *Eurylyten* ait.

De Medea.

Medea Æetæ ex quacunque matre filia fuit, quæ & veneficiis & herbarum cognitione adeo præstitit, vt ne Circæ quidem cedere haberet, natura tamen misericors & ab immani patris crudelitate abhorrens, si Diodoro credimus. Hæc eo pacto, quo dicemus, cum Iasone rapto aureo vellere confugit, atque in Thessaliam Iolchon venit, Peliamque regem, filiabus eius per speciem pietatis deceptis, interemit,

teremit. Decemque annos cum Iasone concorditer vixit, atque ex eo *Dydimum*, *Alcymenum*, *Thessandrumque*, & *Thessalum* genuit. Repudiata Medea Iason *Glaucam* seu *Creusam* filiam Creontis Corinthiorum regis vxorem duxit. quam nuptiarum die Medea cum tota simul Creontis regia, missa corona venenis illita, vel naphthæ bitumine, vt Plinius ait, cremauit. filiosque in mariti vltionem trucidauit omnes, præter Thessalum, qui fuga sibi salutem peperit. Iason, cum doloris vim ferre non posset, propria sibi manu mortem consciuit. Medea ad Ægeum Athenarum regem confugit. Cui nupta Medum filium peperit, qui postea Mediæ imperauit. Inde expulsa ad partes Asiæ transiens (ait Diodorus) cuidam clarissimo nupsit regi, ex quo dicunt filium *Medum* peperisse. multa alij, quæ recensere magis fastidio quam voluptati lectoribus futurum puto. Hæc non omittenda Latinis forsan adulescentibus non valde nota, eam post mortem in Elysio Achilli nupsisse, quod primus dixit Ibycus, post hunc Simonides, & Apollonius. ad quod allusit Angelus Politianus, vir de literis Latinis optime meritus. Is in Vmbra hæc ait:

Eelysium tenet. hic magna venerabilis vmbra
Mutatis pulchram auspicijs sibi Colchida iunget
Solis & Oceani voluenti progener auo.

De Absyrto.

Absyrtus ex Æeta & Asterodia natus est, vt inquit Apollonius. Sophocles in Scythis, non

ex eadem matre natos Absyrtum & Medeam scribit, sed Medeam ex Idyia, Absyrtum vero ex Neæra. Fuit hic ob pulchritudinem *Phaeton* cognominatus, vt Apollonius libro III. Argonauticorum, & Timonax Scythicorum II. affirmant. Sunt qui eum Medea natu maiorem dicant. Pherecydes in VII. à Medea ex lectulo sublatum, & ad Iasonem perductum, ac vt Æetam regem Argonautas insequentem morarentur, dilaceratum. Sophocles in Tragœdia, quæ *Colchides* inscribitur, in patris ędibus laniatum scribit; Apollonius vero ad Istrũ fluuium occisum: Plinius in insulis, quæ ex eius nomine *Absyrtides nuncupantur*.

De amoribus Iasonis & Medeæ.

Cum igitur Iason cum ceteris Argonautis ad Colchos appulissent, Medeam forte ad Phasidis ripam obuiam habuerunt. Cui cum Iason aduentus sui causam exposuisset, atque ab ea de crudelitate patris esset edoctus, ad preces conuersus, fidem de coniugio dedit, si in discrimine ab ea præmonstrato sibi ferret opem. Acceperat ante Iason à Venere *Iyngem* auiculam, quam Magæ mulieres tantam ad amatoria carmina vim habere credunt, vt omnia venena & vnguenta ad amorem excitandũ idonea *Iynges* appellẽtur, teste Theocriti antiquo expositore: & ipse amor *Iynx* à Pindaro dicatur: qui scribit in Pythiis hanc ex Olympo à Venere primum ad mortales allatam, & datam Iasoni, vt ea simul, & quibusdam amato-

riis

riis carminibus, quæ ipsa Venus docuit, Medeam amore ad insaniam vsque accenderet. Quod cum fecisset, illa amore correpta, suum ei promisit auxilium, ac statim herbas medicatas & pharmaca quædam dedit, quibus à taurorum igne tutus esset, & eum quid agendũ esset docuit. Ille Æetam conuenit, ac vellus aureum poposcit: quod Æetas se daturum est pollicitus, si tauros ingentes flammas ore & naribus euomentes *iunxisset*, atque dentes, quos ipse daret, seminasset, hominésque armatos, qui inde pullularent, vicisset. Quæ omnia Iason Medea opitulante cum summa sua laude, & gloria perfecit. Æetas tamen vellus aureum negauit, ac de Argonautarum cæde tractare cœpit.

De serpentis dentibus.

Erant autem dentes, quos Iason seminauit, non ex eo serpente, qui vellus in arbore suspensum custodiebat, sed ex eo, quẽ Cadmus in Bœotia interemerat. Nam vt Pherecydes in VII. & Apollonius in III. scribunt, Minerua dentes serpentis illius, quẽ Cadmus in Martis fonte occidit, Cadmo & Æetę æquis portionibus diuisit. & Cadmus quidem cõtinuo, quos ipse acceperat Martis iussu seminauit, ex quibus plures homines armati sunt nati, qui omnes mutuis vulneribus se confoderunt, quinque duntaxat relictis, *Vdæo*, *Chthonio*, *Peloro*, *Hyperenore*, *Echione*; quos Cadmus ad condendam vrbem socios sibi assumpsit. Ex his gentẽ quãdã vocatã *Spartos*, scribit Hippias Delius, & similiter Atrometus. Eorũ etiã mentionẽ apud

nostros facit *Lactantius Firmianus*. Æetas autem suam partem, vsque ad tempus illud, quo Iason vellus aureum petebat, seruauit, túncque ei dentes tradidit seminandos.

De Vellere rapto.

Nocte proxima, cum Æetas de Iasonis sociorumque cæde cogitans Colchorum proceres consulendos congregasset, Medea clam ad Iasonem confugit, eúmque ad lucum Martis, vbi vellus aureum in arbore suspensum à dracone seruabatur, deduxit. Serpentémque semper vigilem magicis cantibus sopiuit; & ita Iason vellus aureum rapuit, atque cum Medea in nauem se recepit. Hoc & Apollonius, & Antimachus, & Valerius: Pherecydes vero & Herodorus occisum ab Iasone serpentem, sicque vellus sublatum scribunt. Qui Naupactica composuit Medeam fingit, cum ex patris domo fugeret, secum aureum vellus, quod in Æetæ domo seruabatur, attulisse.

De Iasonis reditu.

De reditu Argonautarum, non satis inter Græcos scriptores conuenit. Timagetus primo de portubus libro, *Istrum* scribit ex Germaniæ montibus deriuari, & inde in Germaniæ influere paludem, postea in duo scindi brachia, & vnum quidem in Germanicum pelagus, alterum vero in Euxinum Pontum deferri, ac per hoc nauigantes Argonautas in Etruriam venisse. Hunc secutus videtur Apol-

Apollonius, Apollonium Valerius. Hecatæus Milesius per Phasidem in Oceanum euasisse, inde Nilum penetrasse, atque ex hoc in nostrum mare peruenisse asseuerat. Hoc Artemidorus Ephesius falsum esse conuincit. Siquidem *Phasis* fluuius Oceano minime infunditur. idem & Eratosthenes in tertio Geographicorum confirmat. Scymnus per Tanaim autumat nauigantes in magnum mare, inde in nostrum venisse. Hesiodus autem, & Pindarus in Pythiis, & Antimachus in Lyde, per Oceanum dicunt eos ad Libyam appulsos, nauem humeris vehentes in mare nostrum exiisse. Sophocles in Scythis, & Callimachus, atque Herodorus in Argonautis, eadem, qua Colchos petierant, reuersos aiunt. vnde hi, qui ex Colchis in Adriam venerunt Argonautas vestigantes, eos non inuenerunt, qui vero per Cyaneas petras nauigarunt, eos in Corcyra insula inuenerunt.

De Iasone & Medeæ nuptiis.

Valerius Iasonis & Medeæ nuptias in Peuce insula fieri incœptas esse scribit: inopino autem Absyrti aduentu turbatas & interruptas. Timæus, & Apollonius libro quarto, atque Orpheus, Corcyræ scribunt. Dionysius Milesius in secundo Argonauticon Byzantij, Antimachus in Lyde, prope fluuiũ dicit Iasonẽ cum Medea coiisse. Philetas in Telepho, in Alcinoi domo celebratas ait. Timonax vero Siculorum primo, in Colchide scribit Me-

deam ab Iasone ductam vxorem, non sine patris Æetæ voluntate. Refert autem idem monstrari iuxta pontum hortos quosdam Iasonios vocatos, ex quibus ipse discessum fecit, & in Æea gymnasia quædam, & thalamum, in quo Medea Iasoni nupsit, & prope vrbem sacellum Iasonis, & multa alia. Hæc ex Apollonij interprete. Cætera vero quæ de Argonautarum in Thessaliam reditu à Græcis scriptoribus traduntur, consulto prætermisimus, tum quia ad Valerij nostri opus intelligendum, non multæ frugis sunt, tum ne ἐγχειρίδιον hoc, in quo breues esse laborauimus, volumen iustum excederet.

LAVREN-

LAVRENTII BALBI LILIENSIS IN VALERIVM FLACCVM Annotationes.

IN LIB. I.

IN ipsa statim narrationis fronte scriptum erat, *Atque vnum felix versabat vomere Olympum.* Legit enarrator, *Atque imum felix versabat vomere Olympum.* vt intelligamus, Peliam, imam Olympi montis partem, quæ agricolationi poterat idonea esse, colere atque per hoc possidere. Non minus lepidè forsan legi posset, *Atque vnus felix*: essetque sensus, Ille vnus, id est solus, ac ideo felix, arabat Othrym, Hemum, & Olympum montes. quorum cum Othrys & Olympus Thessaliæ sint, Hemus vero Macedoniæ, seu Thraciæ, significat per hoc poeta, Pelian regem, Thessaliæ atque Macedoniæ partem ditione tenuisse. Est autem *Olympus*, vt hoc etiam obiter adnotemus, Thessaliæ mons nobilissimus, qui in tantam dicitur exurgere altitudinem, vt nubes excedat, Lucano teste. à poetis pro *cælo* vsurpatur. Est præterea montium multorum nomen. Apollonij

interpres sex Olympos esse dicit, *Thessaliæ* hũc, de quo diximus, in quo Olympia celebrari scribit Apollodorus. *Macedoniæ, Elidis, Arcadiæ, Ciliciæ, Mysiæ*. de quo Herodotus in primo. Est etiam Olympus mons in Cypro insula, in Lesbo alius, alius in Asia non procul à Smyrna. Fuit & oppidum in Lycia regione. Fuit præterea multorum virorum nomen. Fuit enim Olympus Mysiæ rex, qui Iasi filiam Nepiam vxorem duxit, vt scribit Dionysius Milesius, habitauitque in loco, qui ab vxoris nomine *Nepiæ campus* est appellatus iuxta Cyzicũm vrbem, de quo meminit Callimachus in Hecale. Apollodorus verò Nepiæ campum in Phrygia ponit. Fuit Olympus alter Generosæ frater, de quo, ne longior sim, Suidam legito. Fuerunt etiam Olympi duo tibicines nobilissimi, quorum prior discipulus fuit Marsyæ Satyri, eius qui Hyagnidis fuit filius: de quo Ouidius intellexit libro Metamorphoseon sexto, cum dixit,

Illum ruricolæ syluarum numina Fauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphæ flerunt.

Fuit autem is, vt Suidas scribit, è Mysia regione Tibicen, & poeta melicus, atque elegiacus, princépsque illius Musicæ, quæ κρουματικὴ dicitur, quæque per tibias fit. hunc ante Troianum excidium floruisse, atque ab eo nomen sumpsisse montem illum, quem in Mysia diximus esse, idem Suidas tradit. Olympi huius meminit Aristophanes ἐν ἱππεῦσι, in ipso statim Comœdiæ limine, sic inquiens: Δεῦρο

νῦν πρόσελθ' ἵνα ξυναυλίαν κλαύσωμεν οὐλύμπου νόμον. vbi enarrator hæc: ὁ δὲ ὄλυμπος μουσικὸς ἦν μαρσύου μαθητής. ἔγραψε δὲ αὐλητικοὺς καὶ θρηνητικοὺς νόμους. & statim, ὄλυμπος δὲ μαθητὴς γέγονε μαρσύου, περὶ τὴν αὐλητικὴν ἄριστος, καὶ αὐτὸς διὰ τὴν μου σικὴν δυστυχήσας. Odas multiplices hunc eundem inueniſſe teſtatur Pindari commentator in Pythiorum calce. Fecit etiam huius mentionem Ouidius in Ponto dicens:

At non Chionides Eumolpus in Orphea talis,
In Phryga nec ſatyrum talis Olympus erat.]

Fecit etiam Græcus quidam epigrammatum poeta, ſi rectè memoria teneo, & Philoſtratus ἐν πρώτῳ τῶν εἰκόνων, & Lucianus ἐν ἁρμονίδῃ *Marſyæ ſimul & Olympi.* & Ariſtoxenus, & Glaucus, Plutarcho in Muſica teſte, qui etiam non pauca de eo. Quare miror Raphaelem Regium interpretem alioqui diligentem & eruditum, in eo, quem citauimus Ouidij Metamorphoſeon loco, hoc ignoraſſe, cum apud tot ſcriptores celebre fuerit *Olympi* nomen. Minus mirandum illud eiuſdem, in ſequenti eiuſdem operis libro, qui ſuper illa Ouidij carmina:

Oenopiam Minos petit Aeacideia regna,
Oenopiam veteres appellauere, ſed ipſe
Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.

Cum apud nullum ſcriptorem legiſſet, *Aeginam* inſulam appellatam eſſe *Oenopiam*, *Oenonem* repoſuit, opus dum vult emendare corrumpens. Verba Raphaelis ſunt: *Oenopiam Minos petit. ſic quidem in omnibus quæ mihi videre con-*

tigit, exemplaribus legitur. sed, nisi apud Strabonem est mendum, Oenonem legendum est. Immo nec apud Strabonem est mendum, & apud Ouidium non *Oenonem* sed *Oenopiam*, vt est, legi debet. nam & *Aegina* insula appellata est prius *Oenona*, vt inquit Strabo, & Stephanus, quos Raphael ipse citat, & Plinius lib. 4. quod etiam Pindarus pluribus locis confirmat, in Nemeis, οἷοι καὶ Διὸς αἰγίνας τε λέκτρον ποιμένες ἀμφεπόλησαν κυπρίας δώρων. ἔβλαστε δ' υἱὸς οἰνώνας βασιλεὺς χειρὶ καὶ βουλαῖς ἄριστος. Et in Isthmiis, ἐν δ' Θήβαις ἱπποσόαις ἰόλαος γέρας ἔχει. περσεὺς δ' ἐν ἄργει. κάστορος δ' αἰχμὰ πὰρ' εὐρώτα ῥεέθροις. ἀλλ' ἐν οἰνώνα μεγαλήτορες ὀργαὶ αἰακοῦ παίδων τε. neque in his tantum locis, sed in multis aliis, quæ recensere non est operæ precium. Fuit autem insula sic forsan dicta ab Oenone Nympha, quæ, vt testatur Pythænetus primo τῶν αἰγινητῶν libro, filia fuit Budionis, de cuius nomine gentem fuisse in eadem insula scribit Dydimus. Cæterum appellata est etiam *Aegina* prius Oenopia, quod, vt verum fatear, apud vnum Pindarum legi: qui in Isthmiorum calce, hæc ait, ad Æginam Æaci matrem verba faciens: σὲ δ' ἐς νᾶσον οἰνοπίαν. ἐνεγκὼν κοιμᾶτο. δῖον ἔνθα τέκες αἰακὸν βαρισφαράγῳ πατρὶ κεδνότατον ἐπιχθονίων. quod Raphaelem non legisse non est mirum, quia nec omnia possumus omnes, nec Raphael multa Græcorum opera euoluerat; magis mirandum est, viros doctissimos nostræ tempestatis, qui multum in elucidandis poetæ huius tenebris insudarunt,

hoc

hoc non attigisse: cui ego quoque pro virili subuenire cupiens, tam longa sum vsus digressione. sed iam ad Valerium nostrum reuertamur.

Vers.38.

PAulo post, *tum iuuenem tranquilla timens, nec fronte timendus Occupat, & fictis dat vultum, & pondera dictis.*] lego, non *timens.* sed *tuens.* vt sit sensus; Tum Iasonem tranquilla, id est tranquille tuens, hoc est aspiciens, ipse fronte non timendus, id est, odio suo atque dolo dissimulato alloquitur, tranquille autem, id est, leniter ac blande, vt scilicet odium suum atque desiderij, seu potius insidiarum suspitionem effugeret, quippe qui sub honoris specie fortissimum iuuenem fallere conaretur. Quod ipse poeta statim luce clarius ostendit, cum dicit, *nec fronte timendus*, & *fictis dat vultum & pondera dictis*) Id autem figura dictum est poëtis omnibus tam Græcis quam Latinis maxime familiari. qua Homerus ἀλλὰ ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰεὶ Κύκλωπος κεχόλωται. pro ἀσκελέως. & μεγάλα στενάχοντα, ἀντὶ μεγάλως. quaque Virgilius, *mutati transuersa fremunt.* & *toruumque repente clamat.* ipseque idem Valerius *transuersa tuentem*, &, *illum torua tuens, atque acri lubricus astu Rex subit.* quod huic quód dicimus simillimum est. Quid autem possit in illo loco, tranquilla *timens* significare, ego

quidem haud satis possum intelligere. si enim exponeretur maris tranquillitatem, & malaciam timens, nimium certe frigoris in illa parte haberet sententia, nec venerem atque sublimitatem Valerianam saperet. quamuis enim fœdis tempestatibus mare turbari post incæptam Iasonis nauigationem Pelias optaret, ibi tamen frigide sane dictum, & longe petitum esset.

Vers. 41.

INnue, *datque animum.*) *daque animum* legendum esse nemo non vel semipaganus intelliget, quamuis interpres per parenthesin dictum esse autumet, quasi in Peliæ esset potestate addere, vel augere animum audaciamque Iasoni. vbi paulo post, *olim annis ille ardor habet*, scriptum erat. potest legi vel *habet* cum interprete, vel *abit*, pro abiit. Tam enim hoc, quam illud sensui poëtæ congruit. & licet prior lectio argutior videatur, posterior forasse magis est vera, eritque sensus: ardor ille, qui olim erat, abiit annis, id est longa ætas comminuit atque fregit vires illas, quibus olim, id est in iuuentute pollebam.

Vers. 105.

INferius, vbi de ingenti Iunonis studio, in disseminanda nauis compingendæ fama loquitur, *magnaque ratem per lustra, viasque Iussi laude canunt manifesto in lumine Fauni.*] *manifesto in lumine* omnino lego: quid enim eo loco, *manifesto limine* significare possit,

possit, enarrator viderit. Ego vero sic illud accipio; Faunos cæterósque ruris deos, agrestésque Nymphas, atque fluuios, Iunonis iussu nauem struẽdam magnis laudibus per vias compitáque, atque agros decantasse, atque id non alienis fictísve, ac simulatis figuris, vt solent, acceptis, sed propriis formis apparẽtes. quod non adeo dissimile est illi Vergiliano,

--Visi ante oculos astare iacentis
Insomnis multo manifesto lumine.

& in sequenti libro,

Ipse deum manifesto in lumine vidi.

Vers. 169.

IN eodem libro, *Quantum cognoscere cœli Permissum est, pelagum quantos aperimus in vsus.*] quamuis in omnibus exemplaribus, quæ mihi euoluere cõtigit, *pelagum* scriptum inuenerim, librariorum tamẽ esse mendã nunquã dubitatũ habebo, cum *pelagus* nusquã generis masculini reperiatur, sed neutri vbique, Prisciano, atque Phoca vetustissimo Grammatico, Seruióque & cæteris huius nominis professorib. hoc ferè confirmantibus. Nam cum *pelagus* neutrũ esse dicant, non addunt vt in eiusmodi rebus solent, aliquando masculinum reperiri. Commẽtator credidit posse masculinũ esse, quemadmodum & *vulgus*, quod cum neutrum sit, reperitur apud Maronem masculinum, cum longè dispar sit horum nominum ratio. Nam *pelagus*, & quia semper apud Græcos neutrum reperitur, vt quod in ος terminatum per quintam eorum declinationem inflectatur, & quia sic Latinis placuit scriptoribus, semper neu-

traliter, masculine positum est nunquam. at vero *vulgus*, Sisenna historiarum scriptor, Attius, & Varro masculino genere posuerunt, quos Vergilius in II. secutus est, cum dixit, *& spargere voces In vulgum ambiguas*. Lucilius verò neutro protulit, cuius exemplo Maro idem in primo dixit, *Sæuitque animis ignobile vulgus*. Quin & ex veterum opinione Grammaticorum *Vulgus* masculini potius, quàm neutralis generis esse, Carisius Sosipater confirmat. Patet igitur Vergilium, cum authores haberet doctissimos, quos sequeretur, recte, & neutrum, & masculinum posuisse *vulgus*, non autem fœmininum, vt falso credit Sergius Grammaticus non parui nominis, in commento super Donatum: quæ generum diuersitas, cum in *pelagus* nomine non sit, quantum ego sciam, *pelagus*, non pelagum, apud Valerium contenderim legendum esse. neque obstabit, quod aliqui dicunt, ne tot dictiones eadem litera clausas iungeret, hoc fecisse Valerium. Non enim adeo anxiè, & superstitiosè hoc scriptores refugerunt, vt tanquam scopulum euitarent. sciant Vergilium dixisse: *Tonsa coma pressa corona*, & ipsum Valerium: *vix primis amplexis luminis oris*. Et iterum, *-iam nulla videbis*

Vellera nulla tua fulgentia dona sub vmbra.

nec solum hoc apud poetas reperiri, verum & apud oratores. Cicero pro Sextio, *Ita illa cuncta permota*, & Quintilianus libro X. *Nondum satis aptatis armamentis.*

Vers. 211.

---nostris modo concitus ausis]

Masc-

Maſerius legit *conſcius*, neſcio qua ductus ratione, retineo conſitus, ſenſu meliore, quam conſcius.

Verſ. 244.

Non mihi Theſſalici pietas culpanda tyranni) aut ego fallor, aut legendum eſt *impietas*. Mox ibi Maſerius, *lætum*, in *Latium* mutauit, abdicata vera lectione, errat, retineo itaque *lætum* vt generale.

Atque vt paulo ante pro *pelagum*, iure mihi videor *pelagus* repoſuiſſe, ita illud, quod modo dicam, immutare non auſim, vt fecit nimiſquam audacter Valerianus interpres, qui, cum in omnibus exemplaribus hæc carmina ita legantur *Verſ.* 252.

--Molli iuuenes funduntur in alga,
Conſpicuúſque toris Tyrinthius, exta miniſtri
Rapta ſimul veribus, Cererémque dedere caniſtris.

Ipſe expuncta dictione *veribus*, *verubus* repoſuit, cum fortaſſe non *verubus*, ſed *veribus* poſſit eſſe huius nominis *veru* tertius pluralis caſus. Nam quamuis apud Vergilium *verubus* in compluribus exemplaribus legatur, in primo, & quinto Æneidos, atque etiam in Georgicorum ſecundo, ſunt tamen non minus multa exemplaria antiquitatis venerandę, quæ *veribus* per *i* non per *u* ſcriptum habent. nec deſunt eruditi ſanè viri, qui lectionem illam per *u* tanquam adulterinam explodant, affirméntque ſynceram incorruptámque ſcripturam eſſe per *i*, & non per *u*; quorum

ſententiæ id me accedere facit, quod neminem veterum Grammaticorum video hoc nomen excepiſſe, inter illa, quæ per quartam nominis declinationem variata datiuum mittunt pluralem in *ubus*. Priſcianus libro ſeptimo, hæc quatuor duntaxat excipit *portubus, ſpecubus, tribubus, lacubus*. Diomedes totidem *partubus, artubus, arcubus, tribubus*. Donatus verò *artubus* tantum notat, innuens tunc datiuum illum debere, *u*, retinere, cum ambiguitas poteſt aliqua ſubeſſe. Super quem hæc Sergius: *u*, litera tunc retinetur in datiuo plurali, vt ipſe dixit, cum aliqua diſcernenda ſunt, vt *artubus*, & *arcubus*. cui regulæ tantum inuenimus duo nomina contraria. i. nulla diſcretione interueniente *u* retinentia, vt *ſpecubus*, & *tribubus*, quæ ab iſtis regulis diſcrepant. Sed quid tot verbis opus? cum ſatis ponderis ac momenti Plinij debeat habere præceptio, qui teſtante Cariſio Soſipatro, ſexto dubij ſermonis libro dicit, manifeſtum eſſe *veribus, genibus, oſsibus* per *i* dici in penultima, quod vt cōcedam contra horum omnium opinionem, *verubus* per *u*, dici poſſe, tamen cum etiam *veribus*, vt probauimus formari queat, & ita in omnibus Valerij exemplaribus ſcriptum fuerit, arbitratus ſum me rectius facturum, ſi *veribus* reſtituerem, quam ſi cum Maſerio *verubus* approbarem.

Verſ. 330.

QVoties raucos ad litoris ictus Deficiam, Scythicum metuens pontúmque Cretámque.

Hic labor ille domus, & inextricabilis error. Nam certè cum multum diúque anxius, animíque pendens

pendens mecum cogitarim, quæ possit in eo loco esse vera lectio, nulla vnquam succurrit, quæ mihi omnino satisfaciat. Nam *Cretam* equidem, nisi antiqui alicuius scriptoris authoritate persuasus, nequaquã admiserim, quamuis probetur à Christophoro Landino, & Ioanne Dispauterio, doctis illis quidem & grauibus certe viris, sed tamen quibus in huiusmodi rebus nulla penitus sit fides adhibenda, nisi authoris alicuius, qui fidem vel inuitis faciat, testimonium produxerint. Cum ergo *Cretam* priore breui locum esse Ponti dicant, nec vllum Geographiæ citent scriptorem, historicúmve, aut interpretem, cuius authoritate suã fulciant opinionem, eorum ego sententiam explodendam interim censeo, & minimè *Cretam* legendum esse. Sed insurgit Ioannes Franciscus Quintianus Stoa, poeta laureatus, qui omnes poetarum numeros implet: quippe qui sit Heroicus, Tragicus, Comicus, Elegiacus, Lyricus, Satyrographus, Epigrãmatarius; adde etiam, si placet, cætera omnia scriptorum genera. omnia enim, qua est arrogantia, confidentia, ac temeritate se absoluturum sperabit, cum nihil non modo absoluat, exprimat, & effigiet, sed ne deliniet quidem. is in sua sexta Epographia, *Cretam* priore breui fluuium esse Ponti dicit. At quem citat authorem? nempe nullum, quod cum ipse pro sua libidine finxerit, tantum ei puto habendum fidei, quantum homini indoctorum omnium ãrrogãtissimo, qui vt viros longè se doctiores impudentissime atque imprudentissime sugillaret, nullus

est Latinorum poetarum, quem non legerit, cum tamen nullum intellexerit. Nam in iis quos frequenter allegat, non pauciora credo, quæ ignorauit, quam quæ legit. Quippe qui in mensuris syllabarum duntaxat, ac temporibus conquirendis laboraret. Verum vanissimum blateronem relinquamus. Tam enim à candore meo est alienum virulentam in aliquem linguam excutere, quam iste à benedicendo abhorret, neque vlla de tam homine inepto verba fecissem, nisi ipsius impudentia patientiæ meæ frenos abrupisset, vt qui viderem nostrum Ælium Nebrissensem, virum ex omni doctrinarum genere admirandum, cum aliis multis non proletariæ conditionis viris, iniuria sæpius ab isto reprehendi nebulone. Sed iam à diuerticulo repedēmus. Ego certè cum nec apud Strabonem, Ptolemæum, Stephanum, Dionysium, Plinium, Pomponium Melam inuenerim locum esse Ponti, neque apud alium quempiam, qui eius mentionem facere potuisset, qualis est Herodotus, Diodorus Siculus, Dionysius Halicarnasseus, nequaquam *Cretam* legendum, sed adulterinam esse lectionem contenderim. Maserius ex emendatione Baptistæ Egnatij, vt ipse asseuerat, pro *Creta Cytam* legit, tam confidenter, quam si ab Apollinis oraculo accepisset. Non equidem ignoro *Cytam* vrbem esse Ponti, quippe cuius multi mentionem fecerint. Nam & Apollonius, vt ipse testatur, inde *Cytaus* formauit, & Cytais forma etiam patronymica, dicens,

αὐθάδ'

ἔνθα δ᾽ ἐπ᾽ ἠπείροιο κυταΐδος, ἠδ᾽ ἀμαρανθῶν,
τηλόθεν ἐξ ὀρέων, πεδίοιο τε κιρκαίοιο.
φᾶσις δινήεις εὐρὺν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει.

Hic præter Colchos terraque Cytaidos agros
Ex campo Circes & montibus ex Amaranthis
Phasis præcipitans in latum voluitur æquor.

Inde etiam Propertius *Cytæina carmina* appellat magica, & Valerius noster in sexto *Cyteam virginem.* Eius etiam mentionem Suidas fecit. Interpres Apollonij non *Cytam*, sed *Cytæam* nominat, his verbis; *Cytæa vrbs Colchidis.* Est etiam altera eodem nomine dicta in Europa, à qua dicunt eam, quæ in Colchide est, originem traxisse. Cæterùm cum in his carminibus, alius meo iudicio sit sensus, quam is, quem credit enarrator, non magis *Cyta*, quam *Creta* mihi satisfacit. Tu quid commentator super ea re dicat, videbis: ego verò sic accipio, Alcimeden dicere, se in tanto timore ac solicitudine futuram quandiu Iason nauigabit, vt quoties vel leuissimam in mari tempestatē obortam viderit, filij periculum timens, sit animo defectura. cui consonat, quod statim sequitur, *Nec de te credam nostris ingrata serenis.* Cum igitur dicat Alcimede quoties in mari tempestatem senserit quamlibet leuem, se in graui timore futuram, non videtur vrbis nomen locum ibi posse habere. nō enim erat, quòd plus timeret discrimina, quæ Iason in terra Colchide esset aditurus, cum tempestas, quam cum tranquillitas esset in mari. Accedit ad hoc quod *Cyta*, siue *Cytæa*, nec erat vrbs, in qua Æetas regiam haberet, nec in qua vellus

esset aureum, vt inde filio periculum timeret. Quare dum melius inueniatur, ego *Pontúmque ratémque* libentius, quam *Pontúmque cytámque* legerem. Nam & si rectè perspicias, longè minor est litterarum immutatio in illo quam in hoc, & multo magis ad poetæ sensum facere videtur, vt quod subsequẽti conueniat sententiæ, vt dicat Iasonis mater, se & Ponti tempestatem & nauis dissolutionem formidaturam. i. Iasonis naufragium, quod accidit aut mersa, aut fracta naui. Hoc est meum iudicium, cæterum suum opinaturis liberum relinquo arbitrium.

SEd vt id quod modo dixi, non sine formidine ausim asserere, ita in hoc quod subiungam, neminem credo sententiæ nostræ non album calculum adiecturum. In Heroum catalogo scriptum est:

Quique Erymanthei sudantem pondere monstri
Amphitrionidem Tegeæo limine Cepheus
Iuuit, & Amphidamas, at frater plenior annis
Maluit Ancæos vellus contingere Phrixi.

Interpretis diligentiam possumus in hoc loco desiderare, qui *Ancæos* legit, rectum esse Græcum admonens, quasi aliquis vel semipaganus ignorare possit, si *Ancæos* legatur, rectum esse casum Græca desinentia: qui certe si Apollonij verba de Ancæo diligentius perpendisset, non *Ancæos*, sed *Ancæum*, legi debere vidisset. *Ancæus* enim non Cephei & Amphidamantis frater, sed ex fratre nepos erat, quippe qui Lycurgi eorum, quos dixi, fratris filius, testante Apollonio, fuit. Aleo siquidem tres fuerunt liberi,

liberi, *Lycurgus*, *Cepheus*, *Amphidamas*, quorum *Lycurgus* natu maximus, in aurei velleris expeditione fratrum comes esse nequiit, filium tamen Ancæum misit, qui fratres comitaretur. Verba Apollonij, ne quis desideraret, apponenda esse duxi. Sunt autem ex primo:

Καὶ μὴν Ἀμφιδάμας, κηφεύς τ' ἴσαν ἀρκαδίηθεν
Οἱ τεγέην καὶ κλῆρον ἀφειδάντειον ἔναιον.
Υἱὲ δύω ἀλεοῦ, τρίτατός γε μὴν ἕσπετ' ἰοῦσιν
Ἀγκαῖος, τὸν μὲν ῥα πατὴρ λυκόοργος ἔπεμπε
Τῶν ἄμφω γνωτὸς προγενέστερος, ἀλλ' ὁ μὲν ἤδη
Γηράσκοντ' ἀλεὸν λίπετ' ἀμπόλιν ὄφρα κομίζῃ,
Παῖδα δ' ἑὸν σφετέροισι κασιγνήτοισιν ὄπασσε.

Amphidamas Cepheusque, Alei duo pignora fratres,
Qui Teges oras, celsumque Apesanta colebant,
Venere Arcadia, sequitur quos viribus ingens
Ancæus missu patris, iussuque Lycurgi,
Illorum qui frater erat, sed maior vtroque,
Quique senem mansit patrem comitatus in vrbe,
At natum caris misit cum fratribus ipsum.

Super quem locum enarrator hæc verba de Ancæo: *Lycurgi, & Antinoes filij fuerunt Ancæus, & Epiochus, colitur autem apud Arcadas, vt Aristomenes testatur.* Ex quibus omnibus manifestè patet, *Ancæum, Amphidamantis, & Cephei*, non fratrem sed fratris filium extitisse. quin & Orpheus in Argonauticis hoc idem testatur, quanquam non *Amphidamantem & Cepheum* fratres ponit, sed priorem Iphidamantem Alei filium nominat, *Cepheum* verò cum ab Arcadia venisse scribit, statim *Ancæum* à patre sene missum ex eadem prouincia subiungit. Verba eius de Iphidamante sunt hæc:

Ἰφιδάμας δ' ἀλεοῦ παῖς ἤλυθε. πέμψε γὰρ αὐτὸν
Ἴφθιμος γενέτης τεγέης ἕδεα προλιπόντα.
Venit & Iphidamas Alei genus. hunc grauis annis
Magnanimus genitor Tegeæ præmisit ab oris.

Et post de Cepheo atque Ancæo:

Κηφεύς τ' ἀρκαδίηθε μεθ' ἡρώεσσι πελάσθη
Ἀγκαῖον δ' ἀν ὅμιλον ἀπ' ἀρκαδίης πολυμήλου
Πέμψε πατὴρ γηραιὸς ἐπὶ πλόον ἀξείνοιο.
Arcadici fortem miserunt Cephea fines.
Ancæúmque grauis genitor tardante senecta
Misit ab Arcadia gelidas ad Phasidis oras.

Si omnia hæc interpres, alioqui acutus, aduertisset, non incidisset in errorẽ pæne puerilem, quin & coniunctio aduersatiua, & verbũ illud *maluit*, quamuis in vtrâque aurem Endymionis somnum dormiẽtem, eum debuit admonere. Leges igitur, *at frater plenior annis Maluit Ancæũ vellus contingere Phrixi*: aut si magis placet *Ancæõ* Græca accusatiui terminatione. maiorem enim venustatem atque gratiam prę se ferre videtur. & sic erit sensus manifestus, frater. s. Lycurgus, qui plenior annis. i. illis natu maior erat, maluit filium suum Ancæum inter Argonautas mittere, quam ipse ætate grauis ad vellus aureum proficisci.

Vers. 355.

Celer Asterion quem matre carentem
Crethæus gemino fouit pater amne Cometes,
Segnior Apidani vires vbi sentit Enipeus.)

Nihil in hisce carminibus immutandum fuit, nihil quod sensum confundere, & obtenebrare posset. at Maserius maiori multo quã oportuit confidentia, pro *Crethæus Clanæus* reposuit.

cum

cum in omnibus exemplaribus *Cretheus*, non *Claneus* legatur. Quare melius longè meo iudicio & sibi, & poetæ nostro consuluisset, si *Cretheus* reliquisset. Quid enim magis verberibus,& plagis dignũ, quam bonam, syncerã, incorruptámque lectionẽ mutare, atque alienam pro libidine & adulterinam substituere? quod nihil aliud est, quã casta & pudica vxore repudiata, spurcissimã meretricẽ induere. Ex qua audacia(nolo enim dicere, temeritate)efficitur,vt libri omnes corrupti,mẽdosi,inuersi,deprauatíque circũferãtur, dum omnes pro suo quisque arbitrio mutãt,immutant,addũt, vel detrahunt. Quare cum lectio aliquo pacto ferri potest, id est quando non plane aduersa, vt ita dixerim,valetudine confligatur,quando morbus nõ est manifestarius, vitiúmque perspicuum patet,nihil vnquam immutandũ existimo: at si aliter lectio sanior fore videatur, sufficiat lectores admonuisse, vt si castigatio è commodo scriptoris, in quem est, videatur esse,tum multorum consensu reponatur. Nemo enim tam suo debet tribuere iudicio, vt quicquid ipsi placuerit,statim omnibus lenocinaturum atque abblanditurum speret. Legatur igitur vt prius *Cretheus* non *Claneus*, quando & in omnibus exemplaribus sic scriptum est, & *Cometes* Asterionis pater non fortasse nisi impropriè, ne dicam ineptè, *Claneus* appellari posset. siquidem Piresiæ, quæ vrbs est Macedoniæ, seu Thessaliæ iuxta Phylleium montem, circa Apidani fluuij ripam, habitabat. vt & Valerius significat, &

Apollonius de eodem loquens his verbis expressius testatur.

Ἤλυθε δ' ἀστερίων αὐτοσχεδόν, ὅν ῥα κομήτης
γείνατο δινήεντος ἐφ' ὕδασιν ἀπιδανοῖο,
Πιρεσιὰς ὄρεος φυλληίου ἀγχόθι ναίων.
Ἔνθα μὲν ἀπιδανός τε μέγας καὶ δῖος ἐνιπεὺς
Ἄμφω συμφορέονται ἀπόπροθεν εἰς ἓν ἰόντες. i.
Asteriónque lubens properauit patre Cometa
Natus, ad Apidani genitor quem sustulit vndas,
Pyresiæ cultor iuxta Phylleion altum.
Magnus vbi Apidanus pariterque & diius Enipeus
Fluminibus iunctis latum voluuntur in æquor.

Et Orpheus.

Ἀστερίων δ' ἐπίρησε παῖς κλειvoῖο κομήτου,
Πιρεσίῳ ὃς ἔναιεν ἐπ' ἀπιδανοῖο ῥεέθροις.
Venit & Asterion soboles præclara Cometa,
Qui ripis magni Apidani vicina colebat Mœnia Piresiæ. *Clenæum* autem promontorium, à quo Maserius Cometem autumat vocatum *Clenæi*, iuxta Oræum Eubœç insulę vrbem locat Strabo, in ipso fere decimi libri vestibulo, quod tamen Plinius lib. IIII. atque etiã Ptolemæus *Cinæum* non *Clenæum* vocant, vt vel in his, vel in Strabone dictio sit emendanda. cum igitur inter Euboeam insulam ac Thessaliam nõ parũ sit interstitij, nescio quare Maserio placuit *Crethæus* expungere, & *Clenæus* substituere, cum possimus intelligere, Cometem à Cretheo originem trahere, Iasonémque cognatione cõtingere, quemadmodũ scimus & multos alios eorum, qui Iasonem sunt comitati: sicque positum erit pro patronymico possessiuũ, quod apud poetas frequentissimè solet factitari.

Vers.

Verſ. 533.

IOuis ad Apollonis queſtus reſpondentis verba ſunt;

Neque enim terris tum ſanguis in vllis
Noſter erat, cum fata darem, iuſtique facultas
Hic mihi, cur varios ſtruerem per ſæcula reges.)

legerem potius *Iuſtique facultas Hinc mihi, cum varios ſtruerem per ſæcula reges.* Quem enim ſenſum interrogatio illa facere poſſit, non equidem percipio. At ſi, vt dixi, legatur, ſenſus erit, fuit mihi facultas iuſti, id eſt, iuſtè, & æquabiliter hominũ, atque terrarum fata diſponendi, cum rerum immutabilem ſeriem componerem, hinc. i. ex eo quòd nullus tunc mihi in terris filius erat, cuius priuatus amor à recto, & iuſto me retraheret.

Verſ. 721.

O *Domus, ô freti, nequicquam prole nepotes.*) Hic quidem legitur apud Valerium Flaccum, ſed mihi is locus ineluibili videtur labe pollutus, cum nullus ex eo verſu, qui ſatisfaciat, poſſit elici ſenſus. quem Commentator non tam prætermiſit, vt credo, quia apertiorẽ exiſtimauit, quam vt indigeret expoſitione, quam quia non facile ſuccurrit, quid ſuper eo dicendum eſſet. Ego vero opinor hũc verſum irrepticium, adulterinúmque eſſe, vel potius aliqua hic deeſſe carmina. quod non multum à fide alienum in hoc poeta videri debet, cum & vbique pluribus mendis antehac ſcatuerit, necdum penitus abſterſus, atq; repurgatus ſit, & in locis nonnullis mãcus & mutilus ſit proculdubio. Qualem ego iurarem ſecundum eſſe

librum, in ea parte, qua Hesiones liberatio per Herculē facta describitur. vbi multa sunt, quæ si non aliter quam nunc habentur, scripta fuissent, fatendum esset Valeriū nostrum, qui vbique nitidus, vehemēs, sublimis, atq; facundus incedit, à seipso degenerasse. In sexto præterea quis negare poterit, carmina aliqua deesse? quib. sine dubio Iphidis cædes scripta fuit, cū in eo libro scripta reperiatur, & scribenda nimirum fuerit: quod ex ipsius poëtæ verbis liquido potest cōprobari. Ait enim libro primo, *Sed non Iphi tuis Argo reditura lacertis. Heu celerem Scythica te mæsta relinquet arena, Cessantéque tuo lugebit in ordine remum.* Et in septimo, vbi Iason Medeæ labores suos, atque discrimina pro ingrato rege suscepta exprobrat, *Aut talis voluit me expendere pœnas, Iam iacet externa quod nunc mihi cuspide canthus? Quodque meus vestris cecidit pro mœnibus Iphis?* Vides quomodo in primo Iphim extinguēdum, in septimo extinctū in bello interÆetam fratrémque Persen gesto dicat? cum nullam de Iphidis cæde mentionē, in sexto factam legamus? At proteruus quispiam, qui omnia perpeti, potius quam herbā porrigere, atque in alienam sentētiam venire, in animum induxerit, volet adhuc subterfugere, laqueósque hos abrumpere, asseuerabítque Valerium nostrum illius cædem omnino prætermisisse. At hoc nequaquam credendum est. Incongruum. n. & contra poetarum leges, qui nunquam cum alicuius necem, aut simile quippiam futurū, breuiter inter operis initia perstrinxerunt, non & postea explent, & pluribus

verbis proſequuntur.vt & ipſe cum de Cātho in primo dixiſſet:*Inſurgit tranſtris & remo Nerea verſat Canthus,in Acæo voluet quem barbara cuſpis puluere,)* Eius exitum multis verbis deſcribit in ſexto.de Idmone vate,ſimiliter. Et Apollonius, cum in primo de Cantho atque Mopſo dixiſſet:--αἶσα γὰρ ἦεν

αὐτὸν ὅμως μόψοντε δαήμονα μαντοσυνάων
Πλαγχθέντας λιβύης ἐνὶ πείρασι δηωθῆναι. i.
--Statuerunt perſida fata
Ipſum vna & Mopſum volucrum cælíque peritum
Errantes Libycis perituros finibus ambos.

Eorum caſus eleganter in quarto deplorat. Quid igitur faciendum? Oportétne hunc verſum tanquam noctuā ab alitum cōſortio propellere,atque exterminare? non opinor. Eſſet enim piaculo dignum, ſurget enim aliquando Podalirius aliquis,ſiue Machaon qui antiquū, putre; olidúmque vulnus ſanans ſuæ ſibi hunc locum ſynceritati reſtituat, inuētis carminib. quæ deſunt. Quod ſi nō deſunt ego mehercule non *nepotes* ſed *penates* legēdum eſſe affirmarem. Poſt longos enim queſtus,ad domum ſuam ſermonem Pelias conuertit,queritúrque ſe fruſtra in ea prolē ſuſcepiſſe,vt qui filium ſimul cum cęteris Argonautis in pelago crederet periturū, erítq. ad ſolā domū apoſtrophe, & nō ad nepotes,quos nō habebat.Nam neq. Acaſtus vxorē duxerat Creteidē, neque Alceſtis Admeto Theſſaliæ regi,neq.Pelopeia cuiquam adhuc nupſerat. Quid ? quod quamuis Peliæ nepotes ex Acaſto eſſent,nihil tamen ad illum locum eorū mētio facere poterat. quare

paucis literis inuersis, si, vt monui, legatur, sensus erit apertus. *O domus & ô penates freti nequicquam prole.* id est, *in quibus frustra ego filium sustuli, cuius amplius videndi nulla mihi spes reliqua sit.*

Ad calcem pene eiusdem primi libri, in sacris magicis, quæ mater Iasonis Alcimede diis inferis facit, hi sunt versus,

In scrobibus cruor, & largus Phlegetontis aperti
Stagnat honos, sæuóque vocat grandæua tumultu
Thessalis exanimes atauos, magnæque nepotem
Pleiones) per *nepotem, Pleiones, Cretheum* potius quam *Mercurium* intelligi vult Commentator, his verbis. *Erunt fortasse qui Mercurium inuiti contendant inter deos superos & inferos medium, qui ex maioribus vnus erat ex Maia Atlantis filia natus.* vnde Ouidius: *cui sic respondit Atlantis Pleionésque nepos. Verior tamen sensus mihi videtur, si ad Crethea respicias, cuius originem ante explicuimus.* Præuidit Maserius, quod futurum erat, & profecto meliorem sententiam videns, deteriorẽ sequi maluit. Nam neminem vtiq; fore credo, qui non potius *Mercurium* in eo loco, quã *Cretheum* recipiat. Nam & Mercurium in magicis sacris inuocari solitũ, haud ignorabit, qui vel quartum Papinianæ Thebaidos librũ excusserit: & *Cretheum Pleiones nepotem* dici non posse, nemo inficiabitur. Nã si nepos, is dicitur, qui ex filio, filiáve, aut fratre vel sorore natus est, aut is demũ, qui ex illius sanguine, cuius dicitur nepos, originẽ ducit, nõ est quod *Cretheus, Pleiones* dici posit *nepos.* si quidem Iapetus, qui fuit vnus ex Titanibus, ex Clymene Oceani filia, quatuor suscepit filios, *Atlantẽ, Menœtiũ, Prometheum,*

metheum,& Epimetheum, Hesiodo in Theogonia referente:

κούρην δ᾽ ἰαπετὸς καλλίσφυρον ὠκεανίνην
Ἠγάγετο κλυμένην, καὶ ὁμὸν λέχος εἰσανέβαινεν.
Ἡ δέ οἱ ἄτλαντα κρατερόφρονα γείνατο παῖδα,
Τίκτε δ᾽ ὑπερκύδαντα μενοίτιον, ἠδὲ προμηθέα
Ποικίλον αἰολομῆτιν, ἁμαρτινόον τ᾽ ἐπιμηθέα.

Oceano Clymenen natam duxisse profundo
Dicitur Iapetus, cuius de semine fortis
Exit Atlas, humeris cæli qui sustinet axes
Aethereos, magnusque Menœtius, atque Prometheus,
Primaque haud fœlix Epimetheus coniuge terris.

Ex his *Menœtium* fulmine percussum Iuppiter in infernum detrusit. Atlas vero ex Pleione septem habuit filias, vt inquit Aratus in Phænomenis,& alij innumeri, quæ in stellas mutatæ *Pleiades* & *Vergiliæ* appellantur. Ex harum vna Maia nomine Iuppiter Mercurium genuit. vt vel sacrificulorum & ęditimorum turbæ notum est, at Epimetheus ex Pandora Pyrrham, Prometheus filium habuit Deucalionem. ex hoc & Pyrrha natus est Hellen, à quo tota Græcia Hellas est appellata. Ex Hellene natus est Æolus. cuius filij fuerunt, Cretheus, Salmoneus, & Athamas, ex quibus colligitur, cum *Cretheus* nulla ex parte *Pleionem* sanguine contingat eius *nepotem* dici non posse.

IN SECVNDVM LIB. VAL. FLACCI ARGONAVTICON CASTIGATIONES.

Vers. 6.

IN liminari secundi libri pagina hi sunt versus. *Iamque freti summas æquatum Pelion ornos, Templaque Pisææ mergunt obliqua Dianæ.*] Age si vacat & libet, scrutemur an hoc posterius carmen sit omnino immaculatum, vt Maserius credit, quando nihil mutat. & *Piseam* appellari *Dianam* ait, quia Pisę colebatur, subiungens *Pisam* esse vrbem inter Ossam & Olympum. Quod falsum esse vel ex eo licet deprehendere, quod nullius scriptoris testimonium affert, quo nobis expositionis suæ fidem faciat. Sed quem potuit citare? cum nullus, vt existimo, sit qui id vnquam scriptum reliquerit. At quam facile veram lectionem (vnius enim literæ mutatione pollutum est carmen) agnouisset, si diligentius paulo voluisset excutere Apollonium Rhodium, quē Valerius noster in pluribus locis nō æmulatur modo, sed traducit quoque & interpretatur, sicut in hoc loco, vbi Argonauticæ nauigationis initium describit, quod facile, qui primum Apollonij librum euoluerit, poterit iudicare. Nos ex eius lectione, non *Pissea*, sed *Tissea Diana* legendum asseueramus, à Tisæo Magnesiæ promontorio,

mōtorio, in quo Diana colebatur. Lege, ſi placet, Græca Apollonij carmina, quibus cũ Latinis Valerij noſtri comparaтis, ſine formidine aliqua noſtræ (vt ſpero) non inuitus aſtipulaberis caſtigationi.

Ἐν δὲ λιγὺς πέσεν οὖρος ἐπ' ἰκρίοφιν δὲ κάλωας
Ξεστῇσιν περόνῃσι διακριδὸν ἀμφιβαλόντες
Τισαίην εὔκηλοι ὑπὲρ δολιχὴν θέον ἄκρην.

Vides quam expreſſit Valerius, quod Apollonius dixerat, τισαίην δολιχὴν ἄκρην, obliqua tēpla dicens. quod autem Latinus dixit, *templa Dianæ*, ex eo eſt, quod ibi Diana colebatur, quod Apollonius cum interprete confirmant. Apollonij verba hæc ſunt:

Τοῖσι δὲ φορμίζων εὐθήμονι μέλπεν ἀοιδῇ
Οἰάγροιο παῖς νηοσσόον εὐπατέρειαν
Ἄρτεμιν, ἣ κείνας σκοπιὰς ἁλὸς ἀμφιέπεσκε
Ῥυομένη, καὶ γαῖαν Ἰωλκίδα.

Tunc citharam pulſans proles Oeagria, vates
Suauiloquus, celebrat facunda voce Dianam.
Quæ ſcopulos illos veteremque tuetur Iolchon.

Et cōmentator. *Dianam laudat, quoniã is locus Dianæ eſt ſacer.* Quod autẽ dixit Tiſæum promontoriũ eſſe Magneſiæ, idẽ affirmat, dicens, *Tiſæum promontoriũ Magneſiæ, quibuſdã Theſprotiæ.* nec ignoro ab Orpheo *Piſſæum* ſeu potius *Peſſæum* ſſ. gemina, promōtorum recenſeri, inter ea loca, per q̃ iter faciebãt Argonautæ, dicẽte,

Πεσσαίην δ' ἀπέκρυφθεν ἄκρην, καὶ σηπιὰς ἀκτή.
Arcem Peſſæã abſcondunt, & Sepias illis linquitur.

Verum cum Valerius in eo loco Apollonium, nō Orpheum exprimere voluerit, nemo non videbit ita, vt monuimus, legendum eſſe

Verſ.51.

Leuioris multo illud quod paulo poſt ſequitur, eſt momenti ac ponderis, meo tamen iudicio non omittendum, *At non experti ſibitus cum luce fugata Horruit imbre dies?)* Verba ſunt Typhis Argonautas confirmantis, & eos non ſine voluntate ac numine deorum iter facere augurantis, in cuius rei argumentum verba loquitur, quæ recitauimus, quę cum per interrogationem ſint proferenda, quis non videbit, non, *at*, ſed *an*, ſcribendum eſſe? cum *at* nequaquam ſit interrogationi apta, niſi aduerſa ſequenti præcedat ſententia, quod in eo loco non ſit. quin & ipſe commentator hoc idem ſentire videtur, cum verba ea exponit dicens, *nonne id experti ſumus? quum orta tempeſtate Palladis ope rectum tenuimus clauum?*

Verſ.68.

ET *Actæus niteat qua luce Bootes.)* niſi *Arctous* legendum ſit, *Actæum*, ait commentator, appellari propter vicinitatem. Ego certe neſcio, quæ adeo propinqua vicinitas ſit inter Atticam terram, & eam quæ ſubiecta eſt ſeptentrioni, vt inde vel *Vrſa*, vel *Arctophylax* poſſint cognomentum mutari. Quare non ex ea cauſa, vt ego ſentio, Bootem poeta dixit *Actæum*, ſed quia, vt Iulius Higinius lib.2. ſcribit, nonnulli *Bootem* dixerunt fuiſſe Icarum Athenienſem Erigones patrem, qui cum à Libero patre vinum accepiſſet, ſtatim vtres plenos in plauſtrum impoſuiſſe dicitur, atque ex hac re *Bootes* appellatus eſſe, & cum Attico-

rum

rum fines perambulans vinum paſtoribus oſtenderet, atque eorum nonnulli auiditate pleni, nouo genere potus inducti, ſomno opprimerentur, membraque huc illuc fœde & indecore iactarent, verbaque loquerentur, haud ſanæ prorſus mentis, reliqui eorum venenum paſtoribus ab Icaro datum arbitrati, eum interfecerunt, quem poſtea Iuppiter ſimul cum Erigone filia, quæ necis paternæ dolore confecta ſuſpendio vitam finierat, canem etiam nomine Meram inter aſtra collocauit, atque Icarum *Bootem*, Erigonem *Virginem*, canem vero ſua appellatione *caniculam* nominarunt. ab aliis creditur hic idem fuiſſe Arcas ex Calyſto Lycaonis filia natus, inter quos Aratus in Phænomenis, ab aliis *Orion* dicitur, vt ſcribit Arati commentator. Valerius igitur primam ſecutus opinionem, *Actæum* appellauit Bootem ad Icarum alludens. nihil enim magis familiare poetis, quam fabulas & hiſtorias ex commodo ſuo peruertere, ſicut in Vrſis quoque, quas multi *Calyſto* cum Arcade filio dicunt eſſe, non pauci, vt & Aratus, Iouis nutrices fuiſſe autumant: in Serpente quoque, qui eas cingit: in Aquario & aliis plurimis, atque in vulgatioribus adhuc: quemadmodum illud eſt quod de Tantalo dicitur, quem cum Homerus libro XI. Odyſſeæ, & omnes Latini poetę, præter Lucretium, ſi recte memini, pœna omnibus notiſſima torqueri dicant, Alcman ſArchilocus, Euripides, Pindarus, Alcæus, axum immenſæ magnitudinis ſupra caput eius pendere, ipſumque in aere ſuſpen-

ſum miſerabili timore affici ſcribunt; atque huius pœnæ alias alij cauſas ſuggerunt.

Verſ.75.

PAulo poſt, *raras & litus in altum Mittit aues, cum primus equis exegit anhelis Phœbus Athon.* neſcio an melius quam *raras, raucas* legeretur, id eſt, ſonoras vel clamoſas. ſignificat enim id nomen, præter notam & obuiam omnibus ſignificationem, aliquando ſonorum & vocale, vt apud Vergilium VII. Æneidos libro, *aeriam ſed gurgite ab alto Vrgeri volucrum raucarum ad litora nubem.* aliquando clamoſum, vt apud Iuuenalem, *vexatus toties rauci Theſeide Codri.* quod Seruius notat dicens, *raucum* eſſe τὸ μέζον. Viderint etiam docti an melius *Atho,* quam *Athō* legatur, quod ego in medio relinquam, cum non parum ſuper hoc eruditi ſane viri fuerint digladiati.

Verſ.157.

ADde cruenti *Quod patrium ſæuire dabis*] Melior fortaſſe lectio *cibis* quam *dabis:* vt alludat ad Prognen & Philomelam, Pandionis Athenarum Regis filias, quæ Ithym puerū in fruſta diſcerptum Tereo patri epulandum appoſuerunt: vel ad Diomedis Thraciæ Regis equos.

Verſ.372.

LOngis cœptis & fluctibus arcent Qui metus*] Maſcrius, *longus cœptis & fluctibus arcent Quem metus.* Ego tantum muto *arcent* in *arcet,* vt ſit: qui metus arcet eum longis cœptis.

Verſ.443.

HActenus in populos vates Samothracia diuum Miſſa, mane, ſacriſque metum ſeruemus opertis.*

Fecit

Fecit me hic locus (fateor) subdubitare, anxie disquirentem, quid sibi ea poetæ nostri verba vellent. nam ea quæ Maserius hallucinãs dicit, hunc locum meo iudicio non tam explicare quam implicare, non tam expedire quam irretire videntur. sed cum intelligerem multa à Valerio ex Apollonio sumpta, quæ si Græcum Apollonij opus non legatur, haud facile possunt intelligi, ad hunc protinus recurrendum mihi statui, perlectoque loco, vbi eandem rem Apollonius exequitur, inueni verum esse id, quod antea fueram opinatus. Is enim similiter & Argonautas ad Samothraciam venisse, & Cabirorum mysteria didicisse scribit, quod Orphei monitu factitatum, & Apollonius, & Orpheus affirmant, quorum prior hęc ait:

Ἑσπέριοι δ᾽ ὀρφῆος ἐφημοσύνῃσιν ἔκελσαν
Νῆσον ἐς ἠλέκτρης ἀτλαντίδος, ὄφρα δαέντες
Ἀῤῥήτους ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι θέμιστας
Σωότεροι κρυόεσσαν ὑπεὶρ ἅλα ναυτίλλοιντο. i.
Vespere diuini monitu ratis attigit Orphei
Electra terram, Samothracen nomine dicunt.
Quo secreta deum heroes mysteria docti
Tutius æquoreos fluctus vndasque secarent.

Orpheus vero hæc,

Πελλήνην τ᾽ εὐρεῖαν, ἰδὲ ζαθέην σαμοθρήκην.
Ἔνθα καὶ ὄρκια φρικτὰ θεῶν ἀῤῥηκτὰ βροτοῖσιν
Ἄσμενοι εἰσεπέρησαν, ἐμῆς ὑποθῆ μοσύνῃσιν ἥρωες.
Et post Pallenen petitur Samothracia tellus.
Sacra deum hic horrenda, viris ignota profanis
Nostris parentes monitis adiere lubenter Heroes.

Est autem *Samothracia* insula in mari Ægeo,

è regione Thraciæ posita, vt scribit Mela Pomponius, à Lemno XXII. M. D. distans Plinio teste, quam Callimachus atque Diodorus Siculus *dardaniam* nominant. Fuit autem prius *Leucosia* dicta, vt scribit Aristoteles, postea à *Sao* Mercurij & Rhenæ filio interiectam, dicta est *samos*, inde Thracibus eam incolentibus appellata est *Samothracia*. Colebantur in ea dij quidam Cabiri nuncupati, quorum sacra in vulgus efferre piaculum erat, quæ à Pelasgis, iis qui cum Atheniensibus vna habitarunt, mutuatos esse Samothraces, scribit Herodotus secundo historiarum libro. his sacris si quis initiabatur, mirabile in iis deis præsidium habere credebatur, & in mari & in bello, multoque melior ac iustior fieri prorsus existimabatur, atque impetrare quicquid honeste optaret. Quare & Agamemnonem & Menelaum his sacris initiatos, scribit Apollonij interpres: Orpheum, Pollucem, Castorem, Iasonem, atque Herculem, Diodorus. De deorum autem numero varia est inter scriptores opinio, Mnaseas tres ponit, *Axierum*, *Axiocersam*, *Axiocersum*, id est, *Cererem*, *Proserpinam*, *Plutonem*. addit quartum Dionysodorus, *Casmilum* nomine, quem *Mercurium* interpretatur. alij duos tantum fuisse *Cabiros* autumant, Iouem natu grandiorem, minorem vero Dionysium. Athenion vero ait ex Ioue & Electra natos esse Iasionem, & Dardanum, qui *Cabiri* sunt appellati. Fuit autem *Electra*, Atlantis, & Pleiones filia, quæ Corithi Italiæ regis vxor fuit, deinde in Samothraciam profecta, ibi habitauit,

bitauit appellataque est ab indigenis *Strategis*, atque Electrione, vt testatur Hellanicus. Genuit autem tres liberos *Dardanum*, quem *Poliarchem* indigenæ vocitarunt, & *Eetionem*, quem *Iasionem seu Iasium*, vt Diodorus; qui, secundum aliquos, eo quod impiè in Cererem inueheretur fulmine percussus interiit; Diodorus verò in concilio cœlestium collocatum scribit. Tertiam pepérit *Harmoniam* Cadmi vxorem, quam de matris nomine *Electridas* (seu cum Pindaro & Papinio *Electras*) portas Thebarum dixisse existimant Hellanicus, & Idomeneus Troicorum scriptores. Hæc dixisse non ab re fuerit, vt ea, quæ breuiter Valerius perstringit, intelligantur. Sed vt ad locum nostrum redeam, videbis ipse quã mera insomnia interpres comminiscatur, sensum variis interpretationibus confundens, quem verba Apollonij, quantum ego existimo, apertum faciunt, atque manifestum. Nos ergo ex Apollonij verbis ita intelligimus. poetam cum dixisset, Argonautas à Thyote Cabirorum sacerdote & hospitio acceptos, & arcanas deorum cerimonias edoctos, videretúrque debere, vt poëtis est moris, subiungere, quæ essent illa deorum sacra, significare se ab enunciatione sacrorum abstinere, cum, vt dixi, nefas esset, ea nisi initiatis efferri: Sensus itaque erit simplex, facilis, & expositus. *Hactenus in populos dictum sit, quando cætera dicere nefas est. at tu Samothracia, deorum vates missa mane. id est, missam te facio, quoniam tua sacra celari cum metu & religione debent.* Quæ verba ex Apollonio

ſumpta ex iis ipſius carminibus deprehendes.

τῶν μὲν ἴτ' ἂν προτέρω μυθήσομαι. ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
Νῆσος ὅμως κεχάροιτο, καὶ οἳ λάχον ὄργια κεῖνα
Δαίμονες ἐνναέται, τὰ μὲν οὐ θέμις ἄμμιν ἀείδειν.

His equidem non plura loquar, tuque inſula diuum
Miſſa mane, & valeant quorum hæc ſunt orgia ſacra
Dæmones indigenæ, nobis ea dicere non fas.

Verſ. 481.

ET *fluctus Idæ mouentes Cum ſtabulis nemora*). Maſerius legit pro *Idæ, venere*. Ego vero *Idæa*, quod magis ad poetæ hyperbolem, & ad antiquam ſcripturam accedere videtur. Quod vero idem dicit monſtrum illud, à quo Heſionem Hercules eripuit, phocam ſeu vitulum fuiſſe marinum, riſu dignum. Legerat credô apud Ariſtotelem, vel apud Plinium, aut in 1. & 2. τῶν ἁλιευτικῶν Oppiani Auazarbenſis, phocam longiſſimam habere caudam, & cetera quæ Valerius monſtro accommodat.

IN LIBRVM III. VAL. FLACCI ARGONAVTICON

LAVR. BALBI LILIENSIS Annotationes.

Verſ. 4.

PRo *Aeneadæ* lege *Aenidæ*, omiſſis Maſerij ineptiis, qui id nomen ab Ænea deducere fruſtra laborat, cum ab Æ-

neo

Cyzici patre, quod ipse tamen suspicatur, deriuetur. credendum est poetam certam potius voluisse Patronymici formam seruare, quam eã quæ ambigua esset, & aliena. Omnia enim nomina Græca in *eus* diphthongon finita, in *ides* penultima protracta gignunt patronymica, vt *Thesides, Aegides, Nelides*: sic hic *Ænides* ab Æneo Apollinis & Stylbæ filio.

Vers.98.

Stillantia Mopsus Tegmina) Lego *stellantia* id est, splendentia. Nondum enim commissum prælium fuerat, vt Corythi galea sanguine cuiusquam perfusa esset.

Vers.330.

Illum vix geminam mœrens cum Castore Pollux) *geminæ* epitheton non conuenit Clitæ, sed ad Castorem pertinet. Lege itaque *gemino.* Sic lib.III. -- *& gemino coniux à Castore pendet.* Est enim Castori & Polluci proprium & peculiare *geminum* appellari, vt & in Horatio obserues.

Vers.392.

Si fors sæua tulit miseros sed proxima culpa) Lego *culpæ* etsi *Calpe* quoque non absurde legi posset.

Vers.347.

VBi ante scriptum erat, *Inde per armatos Miniis referentibus orbes Concussi tremuere rogi.*) reposuit Mascrius ex emendatione Baptistæ Egnatij, *ter armatos*, acute quidem & erudite. Quare nulla verba super hoc facienda essent, nisi admonendi viderentur lectores, Valerium in hoc loco, non tam Vergilium fortasse, aut Homerum, (nam Papinium certum est,

cum iisdem fuerint temporibus) quam suum ducem Apollonium fuisse æmulatum, qui eiusdem Cyzici mortem celebrans hæc verba ponit:

Αὐτὰρ ἔπειτα τρὶς περὶ χαλκείοις δίχα τεύχεσι
δινηθέντες
Τύμβῳ ἐνεκτερέϊξαν ἐπειρήσαντό τ' ἀέθλων
Ἥ θέμις ἀμπεδίον λειμώνιον. ἔνθ' ἔτι νῦνπερ
Ἐγκέχυται τόδε σῆμα καὶ ὀψιγόνοισιν ἰδέσθαι.

Idem etiam libro 4. iusta Absyrto reddita describens.

Τρὶς δ' ἀμφὶ σὺν ἔνθεσι δινηθέντες
Εὐκτερέων ἴσχοντα χυτλῷ ἐπὶ γαῖαν ἔθεντο.

Vers. 507.

At virgo, quamquam insidias astusque nouercæ sentiat] Forte melius *astusque*.

Vers. 555.

IN eodem raptum Hylæ describens ait, *Hæc puero perfusa modo est.*] Miror interpretis negligentiam, qui locũ hunc nõ aduerterit, atq; in suum sibi candorem restituerit, cum nullus huius lectionis sensus possit esse, nisi friuolus, & insulsus. tu vero vnius literæ additione, atq; alterius immutatione carmen emendabis, sensumque apertũ intelliges, si hoc modo legeris: *hoc puero spes fusa modo est.* Facit hoc incuria negligentiaque librariorum, qui aliquando vel simplicem literã, aut omittentes, aut immutãtes longe alium faciunt sensum. Quod cum in locis omnibus est periculosum, tum iis præcipue, qui ita peruertũtur, vt aliquis, nõ omnino ineptus sensus relinquatur, sit tamen ab authoris cõsilio alienus. Qualem iurarem esse locum illum

illũ Iuuenalis in sexta satyra *Hinc fluxit ad Istros, & Sibaris colles, hinc & Rhodos & Miletos Atque coronatum, petulans, madidumque Tarentum.* Vbi cũ Iuuenalis luxuria maxime notabiles populos, libidinibusq;, & voluptatibus deditos, in exẽplum referat, nec *Istri* in eorum numerum, & ordinẽ cogi possint, quippe cum populi sint, qui iam ad septentrionem vergãt, qui frigoribus infestẽtur, quos demũ nemo inter tot scriptores luxuriæ insimulet, reliqui vero luxuriosissimi fuerint, non crederem Iuuenalem, vllã de *Istris* eo loco mẽtionẽ fecisse, quare ego sic legendum existimo: *Hinc fluxit ad istos Et Sibaris colles, hinc & Rhodos & Miletos* &c. Sensus autem erit: *Hinc*, id est, ex eo quod paupertas Romaną periit, & *Sibaris* id est Sibaritarũ luxuria, & *Rhodos, & Miletos, & Tarentum*, i. horũ omnium luxuria *fluxit ad istos colles*, hoc est Romã inuasit, quę super septẽ colles, vt omnibus notum est, sita erat, *septem* enim *vna sibi muro circundedit arces.* Accedit ad hoc, quod illa casuum mutatio dura, ac odiosa sane esset, si cũ duo priora nomina *Istros, & Sibaris colles*, in accusandi casu sint, tria posteriora in recto ponantur, cũ pręsertim in quarto poni possent, carminis & lege & venustate salua, hoc modo. *hinc fluxit ad Istros, Et Sibaris colles, hinc & Rhodon, & Miletõ, &c.* Præterea magis videtur poeta voluisse significare Romanorum mores, vitiis & luxuria gentium externarum, quas ibi nominat, & similium, corruptas fuisse, postquam pauperes esse desierant, quam quod aliæ gentes à Romanis luxuriæ exemplũ accepissent, cum præsertim

Sibaritæ multo ante à Crotoniatis ad internecionem ſublati eſſent. iuuat hanc meam ſententiam,& id quod Titus Liuius in ipſa ſtatim totius operis præfatione,& Saluſtius in Catilinario deplorant. Hanc noſtram emendationem, cum audiſſent magiſter Ioannes Ximenius, magiſterque Angulus, atque Petrus Motta non vulgari doctrina viri, lectione varia, ingenioque, ac iudicio perſpicaciſſimo, cum de eius lectionis ſenſu inter me & Mottam orta eſſet quæſtio, vehementer comprobarunt.ſimile fere huic eſt, quod ſubiungam. Cum his paucis diebus Sillium Italicum in manus ſumpſiſſem, legeremque forte quoſdam ex tercio-decimo libro verſus, quibus eos,qui ob ſcelera ſua damnati in inferno torquebantur, recenſet, ad calcem fere libri offendi hoc carmen pollutum:*illatrat ieiunis faucibus Orcus Armenti quondam cuſtos immanis Iberi.* Vbi interpres credit canem Geryonis à Sillio Italico *Orcum* appellari, nouo fortaſſe & ficto nomine, qui ſi Græcorum opera euoluiſſet, vidiſſet *orthus* non *Orcus* legendum eſſe, nec Sillium hoc nomen finxiſſe, ſed à Græcis mutuatum. Canis enim, qui armenta Geryonis cuſtodiebat, appellatus eſt *Orthus*, fuitque Echidnæ filius,Cerberi autem frater,quem vna cum Eurytione paſtore ab Hercule ſcribit interemptum Heſiodus in Theogonia. Facit etiam eius mentionem. Apollonij enarrator ſuper IIII. τῶν ἀργοναυτικῶν librum, & Pindari interpres in Iſthmiis, ſuper illud Pindari ἐν ᾇ καὶ τὸν ἀδείμαντον ἀλκμήνα τέκε παῖδα, θρασεῖαι
τόν ποτε

τῦν ποτε γηρυόνα φρύξαν κιώνες.

Verſ.623.

Verum agite,& dubijs variant qui pectora curis) vide an melius ſit *quæ* quam *qui.*

Verſ.637.

PAulo inferius. *At pius ingenti Telamon iam fluctuat ira Cum fremitu, ſæuiſque ferens fera iurgia dictis Inſequitur)* crederem potius *ſerens,* quam *ferens* à Valerio ſcriptum. Venuſtius enim *ſerere iurgia,* quam *ferre* dicimus. & duæ illæ dictiones ab eiſdem literis incipientes, aſperum quendam, tetrum, ac difficilem ſonum exhibent. Si quis autem fuerit, qui libentius *ferens,* quam *ſerens* accipiat, is ſane faciat, vt libuerit. Nos enim iudicium tantum noſtrum, non legem ſcribimus.

IN QVARTVM LIB. VAL. FLACCI ARGONAVTICῶN ANNOTATIONES.

Verſ.1.

IDEM Valerius librum quartum ſic incipit:

Atque ea non oculis diuum pater amplius æquis
Suſtinuit, natique pios miſeratus amores,
Iunonem ardenti trepida grauis increpat ira.)

Hoc quod poeta *pios amores* dixit, commentator exponens, ait, *pios ergo honeſtos. dicunt ta-*

men Hylan ab Hercule ad delitias voluptatémque raptum, sed forsan non impios sensit Iuppiter, rapto Ganymedis honore. hæc ille. nescio an omnibus nostra sit placitura sententia, at ego certe existimo Valerium *pios* dixisse *amores*, quia secundum aliquos non ab Hercule amatus, sed eius filius fuit, quod testatur Socrates Græcus author, qui etiam in eo libro, quem ad Idotheũ scripsit, ait, Hylan non ab Hercule, qui pater erat, turpiter amatum, sed à Polyphemo, mira tamen de eo, & non minus ridicula, quam quæ de Niobes filiorum numero refertur ab Aulo Gellio, est inter scriptores Græcos varietas, siquidem plures Theodamantis filium fuisse volunt, inter quos sunt Apollonius, & Mãseas, Euphorion vero Euphemi, eius qui à Neptuno amatus est. Hellanicus, Theomenetis. Strabo libro duodecimo Geographiæ, vnum ex Argonautis, Herculisque socium fuisse scribit, qui cum in Bithynia aquatum egressus esset, nec comparuisset, creditus est à Nymphis raptus; eique instituta sunt festa quædam apud Prusienses, in quibus per montes vagi *Hylan* vocant, quasi in siluas ad illum inquirendum egrediantur. Idem fere refert Solinus dicens, in Bithynia lacum esse nomine *Hylam*, in quem Hylan Herculis delitias cecidisse credunt, in cuius memoriã solemni tripudiatione populus lacum circumit, *Hylan* voce clamans. Hunc Apollonius ab vna tãtũ Nympha raptũ tradit, quemadmodũ & Flaccus noster. Theocritus à tribus, quas his appellat nominibus εὐνίκα καὶ μᾶλις ἔαρθ' ὁρόωσα νυχεία. Nicander ab omnibus

Nymphis

Nymphis raptũ ſcribit, ſimiliter & Orpheus. Onaſus primo τῶν ἀμαζωνικῶν veriorem narrat hiſtoriam, non raptum ſcilicet à Nymphis, ſed in fonte ſubmerſum. Anticlides autem in Deliacis, non *Hylam* ſcribit aquatum egreſſum, ſed *Hylum*, ac poſtea non comparuiſſe. Fuerũt autem multi Herculis amaſij, *Hylas, Philoctetes, Diomus, Perithoas, & Phryx*, à quo vrbs Lybiæ. Nec illud omittendum eſt, in carminibus Valerij, quæ citaui, *trepidam* non *trepida* legendum eſſe, vt ad Iunonem deam epitheton illud referatur, nõ ad iram. Quid enim eſſet inſulſius, quam illud *ardenti trepida ira?*

Ver.215. Iampridem ceſtu reſides) Pro *ceſtu ceſtus* legendum addita *s* littera quiuis agnoſcet.

Verſ. 253.

IN pugna cæſtuũ inter Amycum Pollucémque commiſſa, ait: -- *armis innectere palmas Dat famulis, dat & ille Lacon.)* Libentius legerẽ, *dat & inde Lacon*, id eſt, viciſſim. plus enim venuſtatis, & gratiæ videtur habere, quamuis alterum cum emphaſi dictum videatur. ſed hoc aliorum relinquimus iudicio perpendẽdum. Hunc autem *Amycum*, nam & hoc non iniucundum fore ſuſpicor, Apollonius etiam à Polluce ſcribit interemptum. Epicharmus vero, & Piſander vinctum tantum. Deilochus autem in primo de Cyzico, cæſtibus à Polluce victum ſcribit. *Verſ.346.*

I*Llos Nile tuos nondum dea gentibus Io Transferat fluctus, vnde hæc data nomina ponto)* Sunt multæ quidem in toto hoc opere maculæ, vt iam ante dictum eſt, ſed quamuis ſint nonnullæ, quas non niſi Argus aliquis

oculeus, lynceúsve & animaduertere, & corrigere valeat, sunt tamen aliæ, quas quiuis vel τυφλότερος ἀσπάλακος perspiciat. qualis est illa, quæ in horum carminum priori deprehenditur, quæ adeo inoleuit, vt omnia polluerit exemplaria, quod maximè est admirandum, cũ Sabellicus, Philologus, Fontius, aliique cõplures huic operi emendando non parum operæ nauauerint. at quis non viderit *tuis*, non *tuos* legendum esse? cum pronomen illud nullo pacto ad fluctus nomen, sed ad gentibus sit referendum. Ordo enim cum sensu est: *o Nile Io nondum dea tuis gentibus, transierat illos fluctus, vnde pars illa nostri maris Bosporos est nuncupata*, i. appellatum est mare illud Bosporos, eo quod Io illud sub bouis forma transfretauit, antequam ab Ægyptiis in numerum deorum relata esset. Ponitur enim pro Ægypto *Nilus*, qui Ægypti fluuius est, prius *Triton* dictus, postea à Nilo cyclope Tantali filio Ægypti rege Nilus appellatus, vt Hermippus testatur. Et quia in Bospori denominationem incidimus, non ab re erit, eius causam, variè ab authoribus traditam, referre quam breuissime. Nymphis Græcus author Acarionis vsus testimonio dicit, Phrygas, cum fretum illud vellent traiicere, nauim compaginasse, in qua tauri effigies esset sculpta, ex cuius specie *Bosporon* appellauerunt. Ephorus verò à tauro, quem Inacho remisit Ægyptiorum rex pro Io filia eius, quæ à Phœnicibus rapta, in ipsius venerat potestatem. Sunt qui dicant, eos, qui circa fretum habitabant, cum ad vlteriorem freti partem vellent tran-

transire,nauiculis compactis, bobúsque iunctis mare solitos transfretare. alij autem eo quod illac Phrixus nauicula arietis figura insignita nauigauit. Sunt autem duo Bospori Cimmerius, & Thracius, qui olim *Mysius* vocabatur.

Vers. 428.

FOedissima labe aspersum fuerat in omnibus ferè exemplaribus eiusdem libri versus,hoc pacto:

Insuper Hirphoides Harpyiæ iraque tonantis
Depopulant.---)

Hunc Baptista Pius Bononiensis, adolescentum,& rudium ingeniorum teterrima pestis, cum emendare vellet, mea sententia non minus pollutum & inuersum, quam inuenerat, reliquit, sic legens: *Ira tonantis agit Typhonides Harpyiæ quam depopulant.* Qua emendatione ne dicam an inuersione insulsissima, quid magis ridiculum,quid ineptius dici debet? Maserius aliquanto melius,non tamen citra formidinē, sic reposuit: *Insuper hunc Typhonides Harpyiæ ira tonantis depopulant.* Sed cum nec versus comma habeat vllum,sine quo nullam carmen,heroicum præsertim, habet venerem, nec pronomē illud, *hunc*, decorum aliquod, ac gratiā redoleat, mihi(fortasse fallor)tamē rotūdior longè,volubilior,& sonorior versus fore videtur, si ita legatur: *Insuper Harpyiæ Typhonides ira tonantis depopulant.* Fuit autem hoc (vt plæraque alia)ex Apollonio sumptum sic dicente:

Οὐ γὰρ μουῶον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἐριννὺς
Λὰξ ἐπέβη, καὶ γῆρας ἀμήρυτον ἐς τέλος ἕλκω,

Πρὸς δ' ἔτι πικρότατον κρέμαται κακὸν ἄλλο κακοῖσι
Ἅρπυιαι στόματος μοι ἐφαρπάζουσιν ἐδωδήν. i.
Lumina non solum clauserunt nostra tenebræ,
Et tardat gelidos artus odiosa senectus,
Sed grauior multo iis accedit tertia pestis,
Nam miseras ex ore dapes Harpyia Celæno Arripit.

Fuerunt autem Harpyiæ, secũdum Hesiodum in Theogonia, duæ Thaumantis ex Electra filiæ: *Aello, & Ocypete*. Hesiodi carmina, ne tibi Græca vsquequaque videar ostentare, non apposui, ea tamen Latinitate donata si voles leges. *Thaumas Oceani natam duxisse profundi*
Dicitur Electram, velox iis nascitur Iris,
Pulchræque Harpyiæ duæ Aellóque Ocypeteque.

Vergilius tertiam adiicit *Celæno*, lib. III. vt vel lippis ac tonsorib. notum est. Homerus libro Iliados XVI. quartam *Podargen*, ex qua natos *Xanthum & Balium* Achillis equos fingit, his verb s:

Ξάνθον καὶ βαλίον, τὼ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην.
Τοὺς ἔτεκε ζεφύρῳ ἀνέμῳ ἅρπυια ποδάργη.
Cum Xantho Balium, ventos qui cursibus æquant.
Quos Zephyro vento est enixa Harpyia Podarge.

Harum nullum patrem nominat Apollonius, si recte memini. Valerius *Typhone* genitas dicit. Exegerũt autem eas Boreadæ per Ægæum Sicu'úmque mare, vt scribit Pherecydes, persecuti vsque ad Plotas insulas, quas Homerus Calydnas nominat, etsi Lycophron alias insulas vocat *Calydnas*. inde Boreæ filij ab Iride admoniti, seu, vt alij dicũt, à Mercurio, reuersi sunt, vnde insulæ *Strophades* sunt appellatæ. Illę verò in specum Cretæ se fuga proripuerũt, vt & Phe-

& Pherecydes, & Apollonius, & Neoptolemus is, qui Naupactica composuit, testantur.

Vers. 474.

T*Eque ait iniusti, quæ nunc premit ira tonantis, Ante precor nostræ tandem iam parce senectæ.* Verba sunt Phinei regis, quæ corruptè non parum opinione mea leguntur, immo quæ vel qui nondum ære lauantur maculata iudicapunt, cum verba minimè sint consequentia, & aduerbium illud, *ante*, nihil sit, ad quid referri possit. Quare ego sic hos duos versus emendandos esse duxi.

Teque ait iniusti, quæ nunc premis ira tonantis,
Parce precor nostræ, tandem iam parce senectæ:

sicq; sensus erit apertus, nullaque dictionum inconsequentia. & statim vbi est, *quod iuuenes sine pace deûm?* lego *quid*, non *quod*. docti tamen viderint, an huic correctioni album calculum adiicere debeant.

Vers. 745.

N*Os quoque nos Amycum tanto procul orbe remoti Sensimus, & sæuus frater mihi lusus harenis)* Verba sunt ad finem prope libri, quibus Lycus Mariandynorum rex de crudeli Otreos fratris nece queritur apud Argonautas, quibus nullum forsan videtur vitiũ inesse, sed cum Otreus ab Amyco crudelissime, atq; atrocissime fuisset interēptus, verbūmq; illud lusus leue sit, & exigui admodum incōmodi, nec tantæ immanitati satis faciat, legero multo libētius, *fusus*, quã *lusus*. Fuit autem Lycus hic ex Dascylo Tãtali filio atq. Anthemoisia Lyci fluminis filia nat᷒, vt testatur Nymphis in priõ Heracleæ.

fratrem autem eius, quem Valerius *Otrea* vocat, alij *Priolam* appellant. qui secundum aliquos, non frater Lyci, sed filius fuit.

IN V. LIBRVM VAL. FLACCI ANNOT.

Verſ. 50.

HOc *labor, hoc dulci toties fraudata ſapore Lumina, & attonitis nimium nunc anxia Colchis Profuit.*) Intelligere equidẽ non possum, nec alius sensum aliquem eliciet, qui doctis iudiciis faciat satis. Quare legendum crediderim *curis* pro *Colchis*, posito ibi colo, vt sensus maneat apertus & planus. Hoc labor tuus aut meruit, aut consecutus est, aut quid simile: hoc lumina fraudata toties dulci & suaui somno, & adhuc post mortem anxia iisdem curis, quibus ante. Mox *verſ.* 52. ita lego:

Profugit heu quantum Phaſis, quantúmq; receſsit.

Verſ. 99.

CArmina *quin etiam viſos placantia Manes Odriſium dux ritè monet, mixtoque ſonantem Percutit ore lyram, nomẽnq. reliquit harenis.*) Sunt etiam hæc carmina animaduersione digna, in quibus si ego rectè sentio, interpres noster non parum hallucinari videtur. Autumat enim nomen illud *dux* ad Iasona referendum, cum meo iudicio *Orpheum* non *Iaſonem* signi-

eíque iusta soluerent. Hanc historiam sumpsit Apollonius à Promathida, idolum ipse finxit: Valerius verò vtrunque ab Apollonio mutuatus est. his prælibatis ad rem ipsam regrediamur. mihi nomen illud *dux*, non pro Iasone sed totum illud, *Odrisium dux*, pro Orpheo à poeta dictum suspicari libet, vt sit, *dux Odrisium*; id est Odrisiorũ, hoc est, Orpheus Thracum rex, aliis cantus placatorios & expiatorios dictat, vel vt dicant suadet. Ego tamen veriorem existimo lectionem, *mouet* cum antiquo exemplari, quam *monet* cum Sabellico. sicque à poeta scriptum contenderim. quod autem Orpheus Thracum dux non incongrue dici possit, ex ipsius Apollonij verbis probari potest. Ait enim libro primo:

> Ὀρφέα μὲν δὴ τοῖον ἑὸν ἐπαρωγὸν ἀέθλων
> Αἰσονίδης, Χείρωνος ἐφημοσύνῃσι πιθήσας
> Δέξατο πιερίῃ βιστωνίδι κοιρανέοντα.
> *Ipsum Pieriæ Bistonidos Orphea regem*
> *Magni adiutorem certaminis atque Pericli*
> *Phillyridæ monitis parens assumpsit Iason.*

Et Orpheus,

> Ὀρφεῦ καλλιβόης τε καὶ οἰάγρου φίλε κοῦρε
> Βιστονίῃ κικόνεσσι πολυρρήνεσσιν ἀνάσσων.
> *Calliopes Orpheu musæ œagríque propago*
> *Incola Bistoniæ, & Ciconum rex diuitis agri.*

Quod vero sequitur *noménque reliquit harenis*, intellexisset Valerianus interpres, si non securè & oscitabũdè Apollonium legisset. Is enim libro secundo scribit, Argonautas iuxta Steneli sepulchrum aram Apollini construxisse, atque super eam post carmina dicta Orpheum

lyram

lyram posuisse. quod idem & Promathidas narrat, super columnam tamen quandam dicens lyram positam, & ex eo regionem illam Lyram fuisse nuncupatam. Verba Apollonij sunt:

--Ἐν δ᾽ καὶ Ὀρφεὺς
Θῆκε λύρην, ἐκ τοῦ δὲ λύρη πέλει οἰὔομα χώρῳ. i.
Orpheus ipse Lyram Phœbi lucentibus aris
Sacrat, & ex facto regio Lyra dicitur illo.

Cum ergo Valerius dixit, *Sonantem Percutit ore lyram, noménque reliquit harenis*, hoc breuiter & succinctè insinuare voluit, ab Orpheo lyrã ibi relictam loco nomen indidisse. ea verò quæ Maserius dicit nemini credo acris iudicij probabuntur.

Vers. 107.

TEque cita penitus condunt Erythina carina) *Erythina* pro *Erythrea* reposuit Maserius, cum in nullo certè, quę viderim, exemplarium *Erythina* legatur; sed in omnibus, aut *Erythrea*, aut *Erythia*. non ignoro à Strabone duodecimo Geographiæ libro *Erythinos* ex Homeri sententia iuxta *Cromnam & Gobialum*, vt ipse vocat, statui. sed cum, vt ipse inquit, piaculum sit, libros si tolerari queunt, inuertere, nescio quæ importunitas sit, *Erythream* explodere. cũ & lasciuiusculus ille sonus duarum dictionum eisdem syllabis clausarum aures offendat, & Orpheus *Erythiæ* meminerit, qui eam στεινὴν, id est, *angustam* appellat. ad quod fortasse Valerius alludit, cũ dicit breui post terga ab Argonautis relictam. Adde quod vt omnib. quo modo terræ situs scriptores euoluerunt, com-

pertisſimum eſſe debet. idē locus ab aliis aliter nuncupatur. nec diuerſis modo nominib. ſed aliquando eodem nomine, nonnullis tamē literis, aut additis, aut detractis, aut immutatis: vt quod eodē loco Strabo dicit, apud Homerum ab aliis *Aegialon*, ab aliis *Gobialon* ſcriptitari, cum neutro horum modorū, neque ab Apollonio, neque à Valerio ſcribatur, vt vides. & quod idem Strabo de Erythinis ait: *Erythinos verò eos dici putant, qui nunc Erythui vocatur à colore ſic nominati.* Quare cum forſan & *Erythina*, & *Erythrea* dici poſſit, quando in omnibus, vt dixi, exēplaribus, *Erythrea*, ſeu *Erythia* inuenitur, legam potius horum modorū alterutro. Fuit præterea *Erythræa ſeu Erythia* inſula Hiſpaniæ cōtra Gades ſita, vt ſcribit Herodotus in Melpomene. Plinius inſulam, ait. *in qua Gadium oppidum fuerit, quæ ab Ephoro & Philiſtide Erythrea, à Timæo & Silæo Aphrodiſias, ab indigenis Iunonis, inſula vocatur.* In hac Geryonem habitaſſe, atque ab Hercule occiſum ſcribit Heſiodus in Theogonia, his verbis:

Χρυσάορ δ' ἔτεκε τρικέφαλον γηρυονῆα
Τὸν μὲν ἄρ ἐξενάριξε βίη ἡρακληείη
Βουσὶ παρ' εἰλιπόδεσσι περιρρύτῳ εἰν ἐρυθείῃ. i.
Tergeminus quoque Geriones Chryſaore natus
Quem ferus Alcides Erythia occidit in alta
Curuipedes tauros, armentáque bucera iuxta.

Alij hanc eandem e regione Luſytaniæ poſitam arbitrantur, cuius ſententię eſt noſter Pōponius Mela, apud quem tamen mendoſè legitur *Herytria* pro *Erythrea*. Ptolemæus eam in Atlantico Oceano ponit. Vide etiā Strabonem

in

in III. vbi nonnulla de hac insula. paulo autem superius, vbi *mox etiam Cromnámque iugo pallente Cithoron*, multo syncerior mihi lectio videtur, si pro *que* coniunctione, *atque* legatur.

Vers. 152.

VOs quoque non notæ mirati vela carinæ Moßynœci, hos & stabulis Macrönes ab altis) Lego *Moßyni*. (nam & apud Lucanum lib. IX. *Mossonyci*, vt Lud. Carrion notat.) Sic & carminis venustas, & ratio consistet. Nam quamuis Mossyneci ἀπὸ τῶν Μοσσυνῶν οἴκων dicantur, vt ipse Apollonius cum suo Scholiaste cõfirmat, vocantur tamen & *Moßyni*, sicque eos appellat Pomponius Mela lib. 1. & Plinius lib. 6. & Q. Curtius lib. 6. de reb. Alexandri Magni.

Vers. 176. De Prometheo loquens:

Et simul ingentem moribundam desuper vmbram Alitis) Legam libentius *ingentis* quam *ingentem*.

Vers. 763. *At Iuno pulchrum longißima quando*
Robur cura ducis magnique sedere labores,
Mole noua, & roseæ perfudit luce iuuentæ.)

Sic quidem est in omnib. exemplaribus, sicque interpres legit, quã bene, ipse viderit. qui ordinem sensumque dum vult explicare, peruertit & cõfundit, sic inquiens: Sensus cũ ordine erit: *Iuno robur perfudit pulcherrimũ, cui plurimũ erat de Iasonis salute cura, & magni sedebant labores.* Potestne hoc ordine quicquam durius esse? possetne Valerij nostri verbis, si eo pacto exponantur quicquam esse cõfusius? quare vnius literæ immutatione deprauatum esse carmen crediderim, legẽdúmque *dedere*, non *sedere*, vt sit ordo. Iuno perfudit Iasonem mole noua, & luce ro-

ſeæ iuuentæ, quando cura eius lõgiſsima, magníque labores dederant ei robur pulchrum, id eſt, vires non exiguas. non enim minus corporis vires, quàm animi, aluntur exercẽdo, & in hoc loco *pulchrum* non pro formoſo, ſed pro *magno* accipi debet, ſicut & apud Vergilium exponit Seruius in illud, *ſatus Hercule pulchro.*

Verſ. 496.

SI petere hoc ſæui ſtatuiſſem ſanguine belli,
Oſſa dabat Pindúſque rates, quodq; ante ſecuti
Inde nec audacem Bacchum, nec Perſea reges)

Ne admonitione quidem dignum eſſet, *quot* per *t* non per *d* ſcribendum eſſe, vt nomen ſit, non coniunctio, niſi & in omnibus exemplaribus ſcriptum ſic eſſet, & Maſerius eam lectionem probaret, verum an rectè, iudicabunt eruditi.

Verſ. 518.

NOn longè poſt, ſciat efferа regis
Ira mei, quem te horrifero ſortitus in axe
Caucaſus, atque tuis quantũ miteſcat harenis.)

Multo vtrique libentius habenis, quam harenis legerim, multóque venuſtior lectio videtur. erit autem ſenſus, Sciat Pelias quantum efferæ natura gentes, quæ circa Caucaſum montem habitant, ſub tuo miteſcant imperio.

Verſ. 562.

VBi etiam non multo poſt legitur,
Expertíque ſimul ſi tela artuſque ſequantur.]
caſtiorem exiſtimo lectionem *arcus*, quam *artus*. ſed hoc tibi lector candide relinquo diiudicandum. Nos enim non legem ferimus, ſed te admonitum duntaxat volumus.

Verſ.

Verſ.596.

PAulo inferius:*vide lata comantem Pectora, & ingenti turbantem pocula barba.*)Sunt nõ pauci,qui hoc exemplo adducti dicant e,vocalem in ſecunda imperatiui modi perſona, in iis verbis,quę per ſecundam coniugationem variantur,breuiari poſſe.ſed cum hoc in iis duntaxat verbis fieri videam,quæ quamuis ſint ſecundæ,reperiuntur tamen interdum & tertię, cuiuſmodi ſunt *caueo,ferueo,fulgeo*, & ſimilia,& id in hoc verbo non ſit,.cum interrogatione legendum opinor,*viden*,pro *videſne*. facta etiam literarum transſmutatione in dictione ſequenti,ita vt pro *lata,alta* legatur.*viden alta comantem pectora?* Secunda enim *in viden*, quamuis,vt Seruius ait, naturaliter produci debeat, ſemper corripitur, vt, *viden' vt gemino ſtent vertice criſta.*

Verſ. 663.

An nullas perferre preces,nec fœdera Reges Vllâ ſequi)Regis ſingul.numero magis placet.

IN VI. LIBRVM VAL. FLACCI ARGONAV-ticων Annotationes

LAVR. BALBI LILIENSIS.

Verſ.124.

NAnque vbi iam vireſq. aliæ,notuſq.refutat Angor,& inceptus iã lancea tẽnit heriles, Magnanimis mos ductus auis,haud ſegnia mortis Iura pati.)*

Sic quidē legit Maserius ex emendatione Antonij Sabellici, cum antea in omnibus exemplaribus *Argus* legeretur. Ego vero potius *arcus* quam *angor* legerem. Minor enim est literarum inuersio, & magis credo illud quam hoc eruditis iudiciis arridebit. Significat enim *Iaziges*, cum se viribus destitui sentiunt, & nec arcum, qui sibi diu fuerat in vsu, possunt tendere, nec iaculum hastámve iacere, mortem sibi propria manu consciscere.

Vers. 226.

Tenuia non illum candentia carbasa Nili) Maserius pro *Nili*, *villi* legit aut *lini*. Posterius amplector, traiectis syllabis.

Vers. 337.

Mitte Asia, mitte Argolicis mandata colonis Ne trepident, nunquam has hyemes hac saxa relinquat Martis agros.)

Verba sunt Gesandri Cátho vni ex Argonautis insultantis, in quibus cum verbum illud, *relinquat*, ad nullum referri posit, miror interpretem eruditum non emendasse, & pro *relinquāt*, *relinquam* primæ personæ verbum reposuisse. quod enim Gesander eo loco ait, hoc est, Iube Argiuis renunciari, quamuis hæc terræ pars aspera sit cultu, & infœcunda, ipsos tamen citra vllam posse formidinē esse, id est, ne timeant me in suam aliquando terram peruēturum. Nūquā enim hæc loca niue semper referta, glaciéque concreta, atque aspera, & mõtuosa deseram. Quod ad illius Vergiliani æmulationem in nono dictum esse videtur,

Durum à stirpe genus, natos ad flumina primum

Deferi-

Deserimus, sæuóque gelu duramus, & vndis, &c.

Vers. 378.

I*Nque labantis equi tendentem frena Enhippen.*) sic legebatur ante. Maserius autem *Enhippen* repudians, *Nehippē* induxit. Recte meo iudicio priorem dictionem expunxit. erat enim versus sine vlla venere, nec vt ego existimo, stare posset. raro enim breuis vocalis in fine dictionis, sequente vocali retinet vim suam. nec, si vellemus primam in *Enhippe* longam esse, quod tamen negarem, gratiam adhuc Valerianam reciperet versus. est enim ille vocalium concursus illic asper, & acerbus. adde quod raro apud eos, qui post Catullum Veronensem fuerunt, reperitur in quinta sede spōdęus, quin dactylus quartā obtineat, nisi forte apud Vergilium semel dicentem, *aut leuis ocreas lento ducunt argento.* sed nec Nehippen credo, omnes admittet. Non est enim vnde componatur, & omnia illa Amazonū, quæ à Valerio celebrantur, nomina Græcanicā habent originationē, εὐρυάλη, θοὴ, λύκη, ἅρπη. cumque Nehippe ἀπὸ τοῦ ἵππου, vt ipse asseuerat, deducatur, nec prior pars quicquam significet, integriorem & suauiorem existimo dictionem *Menippen*, quā *Nehippen*. est enim nomen apud Græcos frequens *Menippus* ἀπὸ τοῦ μένους καὶ ἵππου.

Vers. 523.

ABsyrtū celebrās Valerius post alia verba, q̄ ad illius cōmendationem faciūt, sic ait:

Proterit impulsu grauis agmina, corporáque atris
Fundit equis, gemitúsque premit spirantia cerui.
Nec leuior comitatur Aron.)

Cum ex his verbis nemo quamlibet oculatus sensum aliquem posſit elicere, vixque illud nomen *gemitus* ibi locum habeat, *cerui* verò nequaquam posſit admitti, credo lectionem emaculatum iri, si pro *gemitus*, *genibus*; pro *cerui*, *cerni* reponatur. ita tamen vt verbum *cerni* ad sequentia, id est, ad ea quæ de Aronte seu Arone dicuntur, referatur, non ad ea quæ de Absyrto. legatúrque sic, *corporáque altis fundit equis*, (nam & *altis* libentius quam *atris* legerim) *genibúsque premit spirantia.* atque ibi colo posito; *cerni Nec leuior comitatur Aron.*

Vers. 639.

PAulo post, vbi est: *Tunc Arinem, Nolbumque notat,)* ego *rotat* libentius legerem, quicquid dicat Sabellicus. Est enim *notat* leuioris multo incommodi, *rotat* verò vehementioris, & virtuti Calaxis, atque iræ conueniens, ad hoc Valerio nostro plurimum peculiare. Vbi de Mirace loquens, ait:

Ad viridem gemmis, & Eoa stamine sylua
Subligat extrema patrium ceruice tiaram.)

quis non viderit, *ac*, potius quam *ad* legi debere? Ad finem prope libri, lego omnino, *clementi*, non *dementi.* Satis enim demens erit, qui non illud, potius quam hoc, poetę sensui congruere iudicabit.

IN SEPTIMVM LIB. VAL. FLACCI ANNOTATIONES.

Verſ.83.

NOn ita Tyrrhenus ſtupet magis Ionius alto] Deprauatum verſum reformat ſic Maſerius:

Non ita Tyrrhenus nautes ſtupet Ionio alto

Nos vero:

Non ita Tyrrhenus ſtupeat maris inſcius alto.

Aſſentietúrque qui locum verbáque altius perpenderit.

Verſ.139.

A*Vt redeat quocunque modo*] Admonendos cenſui lectores, caſtiorem cādidioremque fortaſſe lectionem eſſe, ſi legatur vel, *At redeat*, coniunctione aduerſatiua: vel, *vt redeat*, optandi aduerbio. Sed in his ſe cautum prębeat lector. Aliquid etiam mihi lenocinari & arridere poterit, quod forſan contra authoris mẽtem ſit, ideóque conſtitui nihil immutare, ſed omnia perinde relinquere, vt à me inuenta ſunt. Non enim ea ſum confidentia, vt ſi mihi quidpiam placeat, continuo putem pro lege habendum.

Verſ.200.

Quidve tuis Virgo) Legerim interrogationis particula *Quidne*.

Verſ. 345.

CVr tibi fallaces placuit coniungere dextras.
Tunc poterasque iſtis iuuenem non perdere monſtris
Protinus, ipſa etiam fateor tunc ipſa volebam.)

Sic legit interpres noſter ingenioſe & acute, vt ſibi videtur; vt mihi vero, negligēter nimium, ne dicam indocte, quum vera lectio illa nimirum ſit, quam ipſe damnat: quam autem probat, illepida ſit omnino, & à poetę ſententia nimis quam aliena. Vide obſecro eius expoſitionem. *Tunc poteras, Senſus, inquit, eſt, quum dextras iunximus potui tūc Iaſona liberare, & volui.* Quid hac interpretatione frigidius? quid maiori cachinno excipiendum? Quæro abs te, bone interpres, ſi Medea Iaſonem liberare & voluit & potuit, quid illi obſtitit, quo minus eum liberaret? Vbi enim & poteſtas aliquid agendi, & voluntas ſimul accedit, nihil reliqui video, quod poſſit eſſe impedimento. Vellem præterea ex te cognoſcere, quando temporis, vbinam loci, Iaſon & Medea dextras iunxerāt? an exciderant memoria ipſius poetæ ex Medeæ perſona verba? quæ ſi meminiſſes profecto non puerili lapſus eſſes errore:

Quem petis Aeeten, genitor meus, ipſaque iuxta
Mœnia, ſi veros poſſis diſcernere calles.
Hac adeo duce ferte gradus, ingentia nanque
Caſtra alios aditus, atque impius obſidet hoſtis.

Hæc ſunt Medeæ ad Iaſonem verba. in quibus an fidei, amicitiæ, fœderiſque mentio vlla fiat, ipſe vides. at quid Medea fecit, poſtquam hæc locuta eſt? nempe vna ex comitibus ſuis relicta,

relicta, quæ Iasonem cum sociis ab vrbem duceret, ipsa ad fluuium accessit, sacra, quæ instituerat, peractura. *Dixerat hæc* (inquit poeta) *patriumque viam detorquet ad amnem. Sacraque terrificæ supplex mouet irrita noctis.* an posthac dextras iunxerant? profecto nunquam, quippe qui nũquam postea conuenerant. quare castigata & emaculata lectio illa nimirũ erit, quam vt dixi, ipse interpres vult exterminare. *Cur tibi fallaces placuit coniungere dextras, Tunc pater, atque istis iuuenem &c.* Vt sint Medeæ ad absentẽ patrem verba per apostrophen, quod in oratione pathetica quam fieri crebro soleat, omnibus est compertum. cui nihil magis quam crebris sententiarum mutationibus fluctuare cõuenit, vt Macrobio placet. Queritur ergo Medea, quod cum Iason primum Æetam regem conuenit, vellusque aureum ab eo petiuit, cum eo amicitiam Æetas inire simularit, & non protinus eum monstris obiecerit. tunc enim ipsa, quæ nondum Iasonis amore capta erat, libenter in eius cædem cõsensisset, nullumque ex ea mœrorem molestiámque cœpisset. Erit itaque ordo cum sensu: *ô pater cur tibi placuit tunc, cum Iason primum ad te venit, dextras fallaces coniungere?* id est amicitiam falso inire? Atque cur tibi placuit *non perdere protinus*, id est, statim, *iuuenẽ Iasonem istis monstris: tunc enim* (fateor) *ipsa volebam*, id est mihi non ingratum omnino fuisset.

Vers. 373.

D*At dextram blandeque patiens vocem Venus, &* quam) Lego *atque* libentius quam, *&* quã. [Verum Lud. Carrio ita legit, rectius: D*at dex-*

tram vocémque Venus, blandísque pauentem Alloquijs.

Vers. 549.

TVque tuum partim Graium da nata draconẽ.] Inuitus profectò, aliqua super hoc carmine verba facio, quia, & hoc modo legi non debere pro certo habeo, & quomodo possit emẽdari, vt verum fatear, non mihi facile succurrit. Non debere ita legi, vel ex eo solũ probari posset, quod si rectè memini, nunquam aduerbium illud *partim* sine comite ponitur in eo significato, quo ab interprete accipitur. *partim* enim duobus modis vsurpatur à doctissimis scriptoribus. vno cùm idem significat quod pars, *vt partim hominum venerunt*, idem est teste Aulo Gell. quod pars hominum venit. quod exemplo Marci Catonis comprobat dicentis in oratione de re Floria: *Ibi pro scorto fuit in cubiculũ, surrectitauit è conuiuio, cum partim illorum.* Altero cũ accipitur pro *ex parte* quod eodem modo, quo *tum*, geminatur. vt *hac partim ex ipsius Ciceronis verbis deprehenduntur, partim ex dictis Asconij Pediani declarantur.* Vix autem dici posse crediderim, *homines sunt boni partim mali*, pro eo quod dicendum erat, *partim boni partim mali.* Ita nec dixisset Valerius: *ô filia da draconem tuum partim Graium*, pro *partim tuum, partim Graium.* quod vt permitteremus dici posse, tamen ex historia nequaquam posset tolerari. si quidem draco ille, qui perpetuo vigilans vellus aureum custodiebat, nihil est, quod Graius dici posset, vt commentator exponit, inquiens: *partim tuus est serpens Medea partim Graius.*

Graius. at quomodo partim Medeæ, partim Graius? Medeæ dicitur, quia illa ipsius curam gerebat, atque *ex adytis cantu dapibusque vocabat, & dabat hesterno, liuentia mella veneno. Graius* autem quare dici possit, non equidem excogitare valeo. Nam nec erat ex genere serpentis illius, quem Cadmus in Bœotia interemit, nec ex terra Græcia aduenerat, quippe cum à Marte deo ad velleris custodiam missus ex Caucaso monte descendisset, vt & ipse Valerius lib. V. scribit:

Vix ea, Caucaseis cum lapsus montibus anguis,
Haud sine mente dei spiris nemus omne refossis
Impleuit, Graiumque procul respexit ad orbem.

Et sunt qui dicant, à terra procreatum ex sanguine Typhonis gigantis, quem in Caucaso monte ab Ioue fulmine extinctum perhibent Herodorus & Apollonius. quare ego pro *partim*, aut *parti*, aut *populo*, aut quid simile scriptum à poeta suspicor. Erit alius, vt spero, qui meliora excogitabit. sicque fiet, vt dum alij alia inuenerint, omnia Valerij nostri vulnera sanentur. Nam, vt in Adagio est: πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς στερὰ δαμάζεται: *Multis rigida quercus domatur ictibus*. Ego lectorem volui duntaxat admonitũ, ne Maserij interpretatione falleretur.

Vers. 557.

QVæ sequuntur ad finem vsque libri facilia sunt, & breuiter annotanda, vbi legitur, *sæuusque procul discessit in agros*. legerem equidem *sæuos*, nam quamuis *sæuus* pro magno accipiatur, ibi tamen nullam habet gratiam, si de Argonauta dicatur aliquo. melius autem

refertur ad agros, nisi pro *iratus* accipiatur cum Nonio Marcello. qui inter alia eius vocabuli significata, hoc etiam ponit. Cui etiam Festus Pompeius astipulari videtur, *sæuam rem* vulgo in bonam & in malam vocari scribens. Vbi non multo post; *Cessit, & ad socios paulum se rettulit heros, Opperiens vbi prima sibi dare germina tellus.* emendabitur, meo iudicio, si legatur, *Opperiens vbi prima daret sibi germina tellus.*

Vers.621.

Nec magis aut illis, aut illis milibus vltra Sufficit, ac diræ quam cum Tirynthius Hydræ Agmine, Palladios defessus respicit ignes. meliorem existimo lectionem, si pro *ac, ad* reponatur; & pro *agmine agmina*, vt prius in omnibus erat exēplaribus. Quis enim non viderit *ac & quam* incongrue iungi? nam quamuis *ac* pro *quam* poni soleat, vt apud Horatium lib. sermo I. *His me consolor victurum suauius, ac si quæstor auus pater atque mihi patruusque fuissent*, vbi Acron, & Porphyrion *ac* pro *quam* exponunt, inepte tamen hæc duo coniunguntur. Quis enim vnquam dixerit, *ego sum doctior ac quam tu?* Vbi est, *sic vndique densant terrigenæ iam signa duces clamore tubæque*, Legerem *clamorque tubaque.* Vbi interpres *Comanos* pro *comatos* posuit, non ausim immutare, quia & hoc poetæ sensui consentaneum est, quamuis non ignorem & à Strabone longam *Comanorum* fieri mentionem, & ab Appiano Alexandrino nonnullam in fine libri, qui *Mitridaticus* inscribitur.

IN

IN VIII. LIBRVM VAL. FLACCI ARGONAVTICΩN ANNOTATIONES.

Verſ.21.

Attonito qualis pede proſilit Ino In freta, nec parui meminit conterrita nati, Quem tenet extremum, coniux. ferit irritus Iſthmos.)

Neſcio quid viderit Maſerius, propter quod *Iſthmos* maluit quam *Iſthmo*, quod in omnibus erat exemplaribus, cum illud, *ferit irritus Iſthmos*, nihil non ineptum ac frigidum poſſit ſignificare. Atqui ſi aliquid in hoc carmine immutandum eſſet, potius ego *furit*, pro *ferit*, ſtatuerem, quam *Iſthmos* pro *Iſthmo*. Eſſet enim ſenſus *Ino* præ timore ſummo, atque formidine, cum maritum furentem ſeque inſequentem videret, Melicertæ filij, quem tunc extremum, id eſt vltimum in manibus tenebat, oblitam, in mare ſe præcipitem dediſſe. coniugem vero Athamantem, in Iſthmo relictum furere incaſſum. Eſt autem *Iſthmos*, teſte Suida, non ſolum terra anguſta, vt dicitur, inter duo maria, verum etiam econtrario anguſtum mare, id eſt fretum inter duas terras. Dicitur autem, vt aſſeuerat Apollonij interpres, παρὰ τῶ ἐν στενῷ εἶναι.

Verſ..224.

VBi aliquanto poſt, *Ipſa autem inuitæ iam Pallados erigit aras*] quis non viderit, *ipſe* maſculino genere, non *ipſa* fœminino legendum? vt ad Iaſonem referatur, de quo ea quæ ſequuntur, & non de Medea dicuntur. Vbi

v.281. poſt, *Quin omnes alti pariter populique patreſque.* legetur etiam mea ſententia. *alto*, id eſt, mari. non enim eſt Epitheton ſatis populo con-

308. gruens. Vbi, *non vna Minyæ formidine ſurgunt.*]

319. non *vana*. Vbi, *haud ita ſed ſummo ſegnis ſedet æthere Iuno*] *haud ita nec ſummo*. quid enim frigidius, quam illud *ſed ſedet ſegnis Iuno*, quod poetę conſilio contrarium eſt. taceo quod concurſus ille tot dictionum ab eadem conſonante incipientium, aſpero & acerbo ſono aures of-

365. fendit. Vbi, *nulla poteſt, aut illa velit*] *aut vlla velit.*

389. Vbi, *quid ſe externa pro virgine clauſa Obiiciat*] *cladi obiiciat*. Vbi, *id tempus enim ſat vellere* &c.] *It*

394. *tempus enim, ſat vellera*. vt ſit, tranſit enim tem-

397. pus, & Græcis ſatis eſt vellus habere &c. Vbi, *prima hæc committet Erynnis*] lego omnino *committat*. vt & Turnebus lib. 23. cap. 5.

CARMINA

CARMINA APOLLONII, QVÆ VALERIVS AVT PENE AD VERBVM TRANSTULIT, aut ingeniose est imitatus.

Sunt autem initia tantum Valerij carminum signata : Lectori facile erit numeris adscriptis versuum inuenire reliqua.

EX LIB. I. VAL. FLACCI

Vers. 188.

TVM læti statuunt aras.

Ἦ καὶ ἅμ' εὐχωλῇ προχύτας βάλε, τὼ δ' ἐπὶ βουσὶν ἀι

Ζωσάσθην, Ἀγκαῖος ὑπέρβιος, Ἡρακλέης τε.

Ἤτοι ὁ μὲν ῥοπάλῳ μέσσον κάρη ἀμφὶ μέτωπα

Πλῆξεν, ὁ δ' ἀθρόος αὖθι πεσὼν ἐνερείσατο γαίῃ.

Ἀγκαῖος δ' ἑτέροιο κατὰ πλατὺν αὐχένα κόψας

Χαλκείῳ πελέκει κρατεροὺς διέκερσε τένοντας.

Vers. 234.

Quantum augur Apollo Flammaque prima docet.

Ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν, χρειώ τε περῆσαι ἀι

Ἐνθάδε κῶας ἔχοντας· ἀπειρέσιοι δ' ἐνὶ μέσσῳ

Κεῖσέ τε δεῦρό τ' ἔασιν ἀνερχομένοισιν ἄεθλοι.

Αὐτὰρ ἐμοὶ θανέειν στυγερῇ ὑπὸ δαίμονος αἴσῃ

Τηλόθι που πέπρωται ἐπ' Ἀσίδος ἠπείροιο.

Vers. 675.

-- Da reddere terris has animas.

Αὐτὰρ νῦν ἀγέννητα σὺν ἀρτεμέοισιν ἑταίροις
Κεῖσέ τε καὶ παλίνορσον ἐς Ἑλλάδα. τοὶ δ' ἄρ ὀπίσσω
Τόσσων, ὅσσοι κεν νοστήσομεν, ἀγλαὰ ταύρων
Ἱρὰ πάλιν βωμῷ ἐπιθήσομεν. ἀλλὰ γὰρ πυθοῖ
Ἄλλα δ' ἐς ὀρτυγίην ἀπερείσια δῶρα κομίσσω.

EX II. LIB. VAL. FLACCI.

Verſ.8.

Iam Sciathos ſubſedit, aquis iam longa receßit
a. *Sepias.* —Ἔδυνε δὲ σηπιὰς ἄκρη
Φαίνετο δ' εἰνάλιος σκίαθος, φαίνοντο δ' ἄπωθεν
Πειρεσιαὶ, μάγνησσά θ' ὑπεύδιος ἠπείροιο
Ἀκτὴ καὶ τύμβος δολοπήϊος. οἱ δ' ἔτι δηρὸν
Μέλλον ὑπ' ἐκ ποταμοῖο βαλεῖν ἀμύροιο ῥέεθρα
Κεῖθεν δ' εὐρυμένας πολυκλύστους τε φάραγγας
Ὄσσης, οὐλύμποιό τ' ἐσέδρακον. αὐτὰρ ἔπειτα
Κλίτεα παλληναῖα καναστραίην ὑπὲρ ἄκρην
Ἤνυσαν ἐννυχίοις πνοιῇς ἀνέμοιο θέοντες.

Verſ.374.

Vrbe ſedent læti Minyæ,
a. Ἀμβολίη δ' εἰς ἦμαρ ἀεὶ ἐξ ἤματος ἦεν
Ναυτιλίης, δηρὸν δ' ἂν ἐλίννυον αὖτι μένοντες
Εἰ μὴ ἀολλίσσας ἑτάρους ἀπάνευθε γυναικῶν
Ἡρακλέης τοίοισιν ἐνιπτάζων μετέειπε.

Verſ.443.

Hactenus in populos, vates Samothracia diuum.
a. Τῶν μὲν ἔτ' οὐ προτέρω μυθήσομαι. ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
Νῆσος ὁμῶς κεχάροιτο, καὶ οἳ λάχον ὄργια κεῖνα
Δαίμονες ἐνναέται, τὰ μὲν οὐ θέμις ἄμμιν ἀείδειν.

EX LIB. III. VAL. FLACC.

Verſ.5.

Dat Cererem lætumque pecus. —

Δῶκεν δ᾽ αὐτὸς ἄναξ λαρὸν μέθυ δευομένοισι α.
Μῆλαθ᾽ ὁμοῦ.

Vers. 318.

Nec dum soboles nec gaudia de te Vlla mihi.

Οὐδένυπω παίδεσσιν ἀγαλλόμενος μεμόροιτο.
Ἀλλ᾽ ἔτι οἱ κατὰ δώματ᾽ ἀκήρατος ἦεν ἄκοιτις
Ὠδίνων, μέροπος περκώσιου ἐγγεγαυῖα
Κλείτη εὐπλόκαμος.

Vers. 347.

Inde per armatos Minyis referentibus orbes. β.

Αὐτὰρ ἔπειτα
Τρὶς περὶ χαλκείοις δίχα τεύχεσι δινηθέντες
Τύμβῳ ἐνεκτερέϊξαν ἐπειρήσαντο τ᾽ ἀέθλων.
Τρὶς δ᾽ ἀμφὶ σὺν ἔνθεσι δινηθέντες δ᾽ ὁ
Εὐκτερέων ἴσχοντα χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔθεντο.

Vers. 470.

Instaurant primi certamina.-

Ἔνθ᾽ εἷς ἄνδρα ἕκαστον ἀριστήων ὀρόθυνεν,
Ὅστις ὑπολλήξειε πανύστατος. ἀμφὶ γὰρ αἰθὴρ
Νήνεμος ἐστόρεσεν δίνας, κατὰ δ᾽ εὔνασε πόντον.
Οἱ δὲ γαλήνῃ πίσυνοι ἐλάασκον ἐπιπρὸ
Νῆα βίῃ. τὴν δ᾽ οὐκ ἂν δι᾽ ἐξ ἁλὸς ἀΐσσουσαν
Οὐδὲ ποσειδάωνος ἀελλόποδες κίχον ἵπποι.
Ἔμπης δ᾽ ἐγρομένοιο σάλου ζαχρηέσιν αὔραις,
Αἳ νέον ἐκ ποταμῶν ὑπὸ δείελον ἠερέθονται
Τειρόμενοι. καὶ δὴ μετελώφεον. αὐτὰρ ὁ τούς γε
Πασσυδίῃ μογέοντας ἐφέλκετο κάρτεϊ χειρῶν
Ἡρακλέης. ἐτίνασσε δ᾽ ἀρηρότα δούρατα νηός.
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ μυσῶν λελιημένοι ἠπείροιο
Ῥυνδακίδας προχοὰς μέγα τ᾽ ἠρίον αἰγαίωνος
Τυτθὸν ἀπ᾽ ἐκ φρυγίης παρεμέτρεον εἰσορόωντες
Δὴ τότ᾽ ἀνοχλίζων τετρηχότος οἴδματος ὁλκοὺς
Μεσσόθεν ἆξεν ἐρετμόν, ἀτὰρ τρύφος. ἄλλο μὲν αὐτὸς

Ἄμφω χερσὶν ἔχων πέσε δόχμιος, ἄλλο δὲ πόντος
Κλύζε παλιρροθίοισι φέρων, ἀνὰ δ' ἕζετο σιγῇ
Παπταίνων, χεῖρες γὰρ ἀήθεσιν ἠρεμέουσαι.

EX IIII. VALERII FLACCI

Verſ. 249.

At ſatus æquoreo fatur tunc talia rege.

δ. Αὐτὰρ ὁ τόνγ' ἐπέεσσιν ὑπερφιάλοισι μετηύδα
Τῶν δ' ἔτι οὐκ ἐθέλησθα πάλιν ἄψ ἐγγυαλίξω
Αὐτὸς ἑκών.

Verſ. 253.

Neſcius extremum hoc armis innectere palmas
Lat famulis. Οὐδ' ἔτι ᾔδειν

β. Νήπιοι ὕστατα τὰ κεῖνα κακῇ δήσαντες ἐν αἴσῃ.

Verſ. 260.

Duæ etiam illæ Valerij comparationes,
Continuo Bebryx, &c.

Verſ. 268.

Spumanti qualis in alto, ex vna Apollonij tractæ ſunt.

β. Ἔνθα δ' ὁ Βεβρύκων μὲν ἄναξ ἅτε κῦμα θαλάσσης
Τρηχὺ θοὴν ἐπὶ νῆα κορύσσεται. ἡ δ' ὑπὸ τυτθὸν
Ἰδρείῃ πυκινοῖο κυβερνητῆρος ἀλύσκει
Ἱεμένου φορέεσθαι ἔσω τοίχοιο κλύδωνος
Ὣς ὅγε Τυνδαρίδην φοβέων ἕπετ'. οὐδέ μιν εἴα
Δηθύνειν. ὁ δ' ἄρ αἰὲν ἀνούτατος ἣν διὰ μῆτιν
Αἴσσων ἀλέεινεν.

Verſ. 280.

--Reſpirant ambo, paulumque reponunt Brachia.

β. Οὐδ' ἔληξαν ἐπισταδὸν οὐτάζοντες
Ἔστεπερ οὐλοὸν ἆσθμα καὶ ἀμφοτέρους ἐδάμασσε.
Στάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπω
Ἱδρῶ, ἅλις καματηρὸν ἀϋτμένα φυσιόωντε,

Ἂψ δ' αὖτις συνάρυζαν ἐναντίοι.

Verſ. 286.

--*Peruigil vt cum Artificũque notata manus, &c.*

Ὡς δ' ὅτε νήϊα δοῦρα θοοῖς ἀντίξοα γόμφοις
Ἀνέρες ὑληουργοὶ ἐπιβλήδην ἐλάοντες
Θείνωσιν σφύρῃσιν, ἐπ' ἄλλῳ δ' ἄλλος ἄνται
Δοῦπος ἄδην.

Verſ. 333.

Illius excelſum ramis caput, &c.

Ξανθὰ δ' ἐρεψάμενοι δάφνῃ καθύπερθε μέτωπα. β.

Verſ. 431.

--*Spes vna ſeni, quod pellere ſæuam Quondam, &c.*

Τὰς μὲν θέσφατόν ἐστιν ἐρυκῆσαι Βορέαο υἱέας.

Verſ. 434.

Primas baculo defertur ad oras, &c.

Ὀρθωθεὶς δ' εὐνῆθεν ἀκήριον ἠΰτ' ὄνειρον
Βάκτρῳ σκηπτόμενος ῥιγνοῖς ποσὶν, ἦε θύραζε
Τοίχους ἀμφαφόων.

Verſ. 462.

Nempe adſunt qui monſtra fugent. --

Οὐδ' ὀθνεῖοι ἀλαλκύσουσιν ἐόντες. β.
Εἰ δ' ἦ ἐγὼν ὁ πρίν ποτ' ἐπικλυτὸς ἀνδράσι Φινεὺς
Ὄλβῳ μαντοσύνῃ τε, πατὴρ δέ μ' ἐγείνατ' Ἀγήνωρ.
Τῶν δὲ κασιγνήτην, ὅτ' ἐνὶ Θρῄκεσσιν ἄνασσον,
Κλειοπάτρην ἔδνοισιν ἐμὸν δόμον ἦγον ἄκοιτιν.

Verſ. 471.

Quin age mitte preces, nanque eſt tibi noſtra voluntas.

Ἄμμι γε νόος ἔνδον ἀτύζεται ἱεμένοισι χραισμεῖν. 6.

Verſ. 487.

Inſtituêre thoros medsiſque tapetibus ipſum Accipiunt.

Αἶψα δὲ κουρότεροι πεπονήατο δαῖτα γέροντι, β.

Λοίσθιον ἁρπυίῃσιν ἐλώριον, ἔγγυθι δ' ἄμφω
Στῆσαν, ἵνα ξιφέεσσιν ἐπεσσυμένας ἐλάσειαν.

Verſ. 561.

Hinc iter ad ponti caput, errantéſque per altum.

β. Πέτρας μὲν πάμπρωτον ἀφορμηθέντες ὁμοῖο
Κυανέας ὄψεσθε δύω ἁλὸς ἐν ξυνοχῇσι
Τάων οὔ τινά φημι διαμπερὲς ἐξαλέασθαι. &c.

Verſ. 589.

Proxima regna Lyci, remeat qui victor, &c.

β. Κεῖθεν δ' οὐ μάλα πουλὺ δι' ἐξ ἁλὸς ἀντιπέραιαν
Γῆν Μαριανδυνῶν ἐπικέλσετε νοστήσαντες
Ἔνθα μὲν εἰς Ἀΐδαο καταιβάτις ἐστὶ κέλευθος
Ἀκτή τε προβλὴς Ἀχερουσιὰς ὑψόθι τείνει.
Δινήεστ' Ἀχέρων. καὶ τὰ λοιπά.

Verſ. 602.

*Inclita Amazonidum magnóque exorta Gradiuo
Gens ibi.*

β. Δὴ γὰρ καὶ γενεὴν ἔσαν Ἄρεος Ἁρμονίης τε.

Verſ. 611.

--Sæuiſſima quamquam Gens Chalybum.

β. Μετὰ τε σμυγερώτατοι ἀνδρῶν
Τρηχεῖαν Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν
Ἐργατίναι, τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

Verſ. 622.

--Sæpe acri potior prudentia dextra.

β. Πολλάκι τοι ῥέα μῦθος ὅπερ μόγις ἐξανύσειεν
Ἠνορέῃ, τόδ' ἔρεξε κατὰ χρέος.

EX V. VAL. FLACCI

Verſ. 67.

--Simul Ancæus ſolérſque petebat Nauplius.

Τὸν δὲ μετ' Ἐργῖνος καὶ ναύπλιος εὔφημός τε
Ὤρνυντ' ἰθύνειν λελιημένοι ἀλλ' ἄρα τούς γε

Ἔσχετον, ἀγχοῦ δὲ πολέας ἰθύντας ἑταίρων.

Verſ. 206.

--*Fluuio modo Phaſi quieto Palladiā patiar e ratē.*

Γνωτὸ δ' ἀπήμονας εἶναι ἀρωγοὺς γ.
Εὐμενέως καὶ νηὸς ἐναίσιμα πείσματα δέχθαι.

Verſ. 281.

At Iuno & ſummi virgo Iouis intima ſæuum.

Αἱ δ' ἐνόησαν γ.
Ἥρη Ἀθηναίη τε Διὸς αὐτοῖο καὶ ἄλλων
Ἀθανάτων ἀπὸ νόσφι θεῶν θάλαμόνδε κιοῦσαι
Βούλευον πείραζε δ' Ἀθηναίην πάρος Ἥρη.

Verſ. 368.

Non ſecus autumno, quā cum magis aſperat ignes.

Ἐφαάνθη
Ὑψόσ' ἀναθρώσκων ἅτε σείριος ὠκεανοῖο γ.
Ὅς δή τοι καλὸς μὲν ἀείζηλός τ' ἐσιδέσθαι
Ἀντέλλει, μήλοισι δ' ἐν ἄσπετον ἧκεν ὀϊζύν.

Verſ. 400.

Ille autem incœptum famula duce protinus vrget.

Τοῖσι δὲ νισσομένοις Ἥρη φίλα μητιόωσα γ.
Ἠέρα πουλὺν ἐφῆκε δι' ἄστεος, ὄφρα λάθοιεν
Κόλχων μυρίον ἔθνος ἐς Αἰήταο κιόντες.

EX VI. VAL. FLACCI.

Verſ. 458.

--*Viſa iandudum proſilit altis Diua thoris.*

Τὰς δὲ προπάροιθεν ἰδοῦσα
Ἔσχετεν. εἰσωτέρω ἐκάλει καὶ ἀπὸ θρόνου ὦρτο.

EX VII. VAL. FLACCI.

Verſ. 23.

Nec minus inſomnem lux orta refecit amantem.

Πυκνὰ δ' ἀνὰ κληῗδας ἑῶν δύεσκε θυράων γ.

Αἴγλην σκηπτομένη· τῇ δ' ἀσπάσιον βάλε φέγγος
Ἠειγλωής.

Vers. 81.

γ. --Perstrinxerat horror Ipsum etiam.

Ὁ δὲ σῖγα ποδῶν πάρος ὄμματα πήξας
Ἧστ' αὐτὸς ἄφθογγος ἀμηχανέων κακότητι.

Vers. 143.

- Cum sæuior ipse Turbat agitque sopor.

Κούρην δ' ἐξ ἀχέων ἀδινὸς κατελώφεεν ὕπνος
γ. Λέκτρῳ ἀνακλινθεῖσαν· ἄφαρ δέ μιν ἠπεροπῆες
Οἷά τ' ἀκηχεμένην ὀλοοὶ ἐπέθεσκον ὄνειροι.

Vers. 279.

Si dedit ipsa neci fratrem Minoia virgo.

γ. Δή ποτε καὶ Θησῆα κακῶν ὑπελύσατ' ἀέθλων
Παρθενικὴ Μινωῒς ἐυφρονέουσ' Ἀριάδνη.

Vers. 320.

Proclamat neque opem ignoto viresque daturam.

γ. Φῆ δ' οἱ ἄλλοτε μὲν θελκλήρια φάρμακα ταύρων
Δωσέμεν. ἄλλοτε δ' οὔ τι καταφθεῖσθαι δὲ καὶ αὐτή.
Αὐτίκα δ' οὔτ' αὐτὴ θανέειν οὐ φάρμακα δώσειν
Ἀλλ' αὔτως εὔκηλος ἑὴν ὀτλησέμεν ἄτην.

Vers. 403.

Haud secus in mediis noctis, nemorísque tenebris,
&c.

γ. Τὼ δ' οὔ νέω καὶ ἄναυδοι ἐφέστασαν ἀλλήλοισιν
Ἢ δρυσὶν, ἢ μακρῇσιν ἐειδόμενοι ἐλάτῃσιν.
Αἵ τε παράσσον ἕκηλοι ἐν οὔρεσιν ἐρρίζονται
Νηνεμίῃ. μετὰ δ' αὖτις ὑπαὶ ῥιπαῖς ἀνέμοιο
Κινύμεναι ὁμάδησαν ἀπείριτον.

Vers. 407.

Ergo vt erat vultu defixus vterque silenti.

Ἄμφω δ' ἄλλοτε μέν τε κατ' οὔδεος ὄμματ' ἔρει-
δον

Αἰδο-

Αἰδόμϑυοι.

Verſ. 438.

Vnde mei ſpes vlla tibi?

Φράζεο νῦν ὥσκέν τοι ἐγὼ μιτίσομαι ἀρωγὴν; γ.

Verſ. 458.

Cum gemitu & multo iuueni medicamina fletu.

Πρὸ πρὸ δ' ἀφειδ ἑλίσσα θυώδε[illegible] ἔξελε μίτρης γ.

Φάρμακον, αὐτὰρ ὅγ' αἶψα χεροῖν ὑπέδεκτο γεγηθώς.

Verſ. 475.

Sis memor oro mei, contra memor ipſa manebo
Credo tui.

Μνώεο δ' ἢν ἄρα δήποθ' ὑπότροπος οἴκαδ' ἵκηαι

Οὔνομα μηδείης. ὣς δ' αὖτ' ἐγὼ ἀμφὶς ἐόντος

Μνήσομαι. εἰπὲ δέ μοι πρόφρων τόδε. πῆ τοι ἔασι

Δώματα, πῆ νῦν ἔνθεν ὑπεὶρ ἅλα νηῒ περήσεις;

Verſ. 488.

--Tacitis nam cantibus illum Flexerat, &c.

Τὸν δ' αὐτὸν ὑπήϊε δάκρυσι κούρης οὖλος ἔρως

EX VIII. VAL. FLACCI

Verſ. 6.

Vltima virgineis tunc flens dedit oſcula vittis. δ.

Κῦσε δ' ἑόντε λέχος καὶ δικλίδας ἀμφοτέρωθεν

Σταθμούς, καὶ τοίχων ἐπαφήσατο, χερσί τε μακρὸν

Ῥηξαμένη πλόκαμον θαλάμῳ μνημήϊα μητρὶ

Κάλλιπε παρθενίης, ἀδινῇ δ' ὀλοφύρατο φωνῇ.

Verſ. 13.

- Tumidis vtinam ſimul obruar vndis.

Αἴθε σε πόντος ξεῖνε διέρραισεν, πρὶν κολχίδα γαῖαν δ.
ἱκέσθαι.

Verſ. 16.

--Aemonio nunquam ſpernenda marito, &c.

Μεῖζα δ' ἦγε παλίσσυτος ἀθρόα κόλπον δ.

Φάρμακα πάντ' ἄμυδις κατεσχεύατο φωριαμοῖο.

Verſ. 68.

Iámque manus Colchis crinémq. intenderat aſtris.

Δ. Τοῖο δ' ἑλισσομένοιο κατόμματον εἴσατο κούρη
Ὕπνον ἀοσσητῆρα θεῶν ὕπατον καλέουσα
Ἡδείῃ ἐνοπῇ θέλξαι τέρας.

Verſ. 54.

*Hæc ait, atque furens rapido per deuia paſſu
Tollitur.*

Τὼ δὲ δι' ἀτραπιτοῖο μεθ' ἱερὸν ἄλσος ἵκοντο
Φηγὸν ἀπειρεσίην διζημένω. ἧ ἔπι κῶας
Δ. Βέβλητο νεφέλῃ ἐναλίγκιον.

Verſ. 114.

Cuius adhuc rutilam ſeruabant brachia pellem.

Ἣ ἔπι κῶας, βέβλητο νεφέλῃ ἐναλίγκιον, ἥτ' ἀνιόντος
Ἠελίου φλογεροῖσιν ἐρεύθεται ἀκτίνεσσιν.

Verſ. 123.

Micat omnis ager villiſque comantem, &c.

Δ. Ἤλιθα δὲ χθὼν
Αἰὲν ὑπὸ ποδῶν ἀμαρύσσετο νεισσομένοιο
Ἤϊε δ' ἄλλοτε μὲν λαιῷ ἐπιειμένος ὤμῳ
Αὐχένος ἐξ ὑπάτοιο ποδηνεκές· ἄλλοτε δ' αὖτε
Εἴλει ἀφασσόμενος. περὶ γὰρ δίεν ὄφρα ἑ μήτις
Ἀνδρῶν ἠδὲ θεῶν νοσφίζεται ἀντιβολήσας.

IN LAVDEM LAVRENTII BALBI LILIENSIS POETÆ AC ORATOris clarißimi Conſtantini Fontij Silua.

CORYTIAS vmbras, ludis ſi fortè ſub illis,
Pieridumque choros fugiens, & Phocidis vndas,
Huc propera Pæan. plectro cantuque ſonoro
Verſibus indulge. non quo dux horridus olim
Mulcebas tauros Admeti captus amore,
Sed quo cantatæ fierent dum mœnia Troiæ,
Cogebas muris Phrygiis accedere ſaxa.
Tu quoque ſopitis aſpira cantibus Euan,
Et coniuratæ veniant in carmina vires.
Nam non parua cano, paruo nec numine digna,
Sed quo veloces properent à fonte ſorores.
Notus in Heſperio canitur Laurentius orbe.
Qui vix egreſſus primos feliciter annos,
Non ſatis eſſe putat noſtris contermina terris
Litora, paulatim Latia luſtrare carina,
Ad freta quin etiam cunctis imperuia nautis
Dirigit ille ratem, Scythicaſque ad Phaſidos oras.
Garrula vbi puppis nullo ducente magiſtro
Mergitur, & periit ventis agitata malignis.
Exclamant nautæ, tolluntque ad ſidera voces,
Plorantes Tiphym iam tartara nigra videntem.

Tiphys adest alter, nulla est iactura prioris,
Qui regat, & ducat nullo discrimine puppim,
Per scythicas oras, per concurrentia saxa,
Per rabidam Scyllam, perque inuia saxa Capharei.
Per freta nunc primum viridi sulcata carina.
Vos ergo heroes laeti iam vellere capto
Plaudite; nil superest) & tendite Carbasa ventis.
Tu quoque nunc gaude, qui regna nigrantia cernis
Flacce Antenoreae non vltima gloria terrae.
Qui laceratus eras, atráque in nocte sepultus,
Integer & comptus clara iam luce frueris.
Balbus adest alter, Balbum qui viuere fecit
Adde, quod & nautas, atque horrida bella canendo
Te sequitur, similis ne sit tibi nomine tantum.
Seu libeat blandis elegis cantare puellam,
Callimachus cedet, cedes quoque Musa philetae.
Ludere seu salso placeat epigrammata versu
Lucilli taceant, & carmina vatis Iberi.
Hunc hunc Thespiades, vestro qui doctus in antro,
Aeternum faciet vestrum per saecula nomen
Hunc seruate diu, nam ni mors saeua propinquat,
Rumperéque ingrata properant ni fila sorores,
Hic erit aeterna fama super aethera notus,
Hesperiaeque dabit non infima nomina terrae.

FINIS.

[illegible]

1854.